Dup

15

ALBUM

BENEDICTINUM,

A. D. 1880.

ALBUM BENEDICTINUM,

NOMINA EXHIBENS MONACHORUM,

qui de *nigro colore* appellantur,

LOCORUMQUE OMNIUM, QUOTQUOT INNOTUERUNT,

HAC AETATE FLORENTIUM,

O. SS. P. N. BENEDICTI,

QUOD AD ANNUM A NATIVITATE

EJUSDEM SS. PATRIS MCCCC.

JUSSU REVERENDISSIMI DOMINI,

D. BONIFACII WIMMER, ABBATIS,

COLLEGIT SACERDOS ABBATIAE S. VINCENTII,

A. D. 1880.

PRODIIT E TYPOGRAPHAEO S. VINCENTII IN PENNSYLVANIA,
1880.

AVE,

O BEATE PATER!

CENTENNARIO TUO FESTO

LAETI OCCURRENTES GRATULANTUR

FILII.

PAX!

SIT TUA SUPER NOS

HODIE ET JUGITER

DULCIS BENEDICTIO!

SIC FIAT,

FIAT!

ILLUSTRISSIMIS,

Reverendissimis et Amplissimis Dominis,

DOMINIS ABBATIBUS,

ceterisque Confratribus reverendis
ac venerabilibus omnibus

SALUTEM IN DOMINO PLURIMAM.

Reverendissimi et Amplissimi D. D. Abbates!
Dilectissimi Confratres omnes!

Ante decem annos pauloque amplius (Oct. 1869) Album Benedictinum sui generis primum auspice Revmo D. D. Abbate Bonifacio Wimmer, editore Rev. D. Eduardo Hipelio, prodiit ex officina typographica S. Vincentii in Pennsylvania. Humiliore sua exarationis forma minime obstante, admodum benigne susceptum est ab omnibus, neque immerito. Eo etenim totum intendebat, ut illis unico veluti obtutu praesens exhiberetur totius Ordinis Benedictini conditio, qui eximio gaudebant honore ipsius sacri Ordinis esse continuatores, atque exinde major provocaretur sui praeclarissimi Instituti aestimatio, arctior cum SSmo Patre atque filiorum inter se caritatis unio: non tamen hoc solum, sed etiam ut universis fidelis panderetur imago indeque error corrigeretur, quo nonnemo tenebatur, quasi vero Benedictini jam vel ipso senectutis morbo paucos habeant dies numerandos, supplendi quidem recentioribus aliis, dignis profecto et jam gloriosis institutis religiosis.

Itaque primi illius Albi editio speratum finem ex parte saltem obtinuit, qua vero parte defecit spes erat fore, ut Album iterum atque iterum, quin etiam quotannis, typis exscriptum optatissimum attingeret rei eventum. Cujus quidem rei attingendae medium hoc erat, quo vix aptius eligi potuisset, at mille impedimenta! Experti sumus "omne initium esse durum" faci-

liusque mente concipere, quam opere exsequi. Attamen dilata vel impedita non sunt idcirco abrogata, atque adeo altera editio prospiciebatur prima, quae se offerret, occasione foras mittenda. Jamvero nemo nostri, quin noverit hoc tempore celebranda festa natalitia SSmi P. N. Benedicti centennario decimo quarto recurrente anno, quo "Benedictus nomine et gratia" huic mundo natus accessit. Ecquae magis opportuna occasio, quam isthaec, qua modo quo possumus convenientes gratulabundi Beatissimo occurramus nostro Parenti? Ecquo meliori modo possumus nostrae, e corde provenientis, perenne gratulationis, filialis pietatis, fraterni amoris stabilire signum, quam in uno libro collata nomina scripta offerendo, dum nos ipsos, viva voce consonantes, simul esse nullatenus circumstantiae patiantur?—— Sane nihil tam pronum, quam ut vel hoc modo, gestientes, uniri contenderemus, qui locorum distantiam solvere non possumus. Quibus quidem breviter perpensis, antiquius vix erat mente concepta centennaria celebratio, quam ipsum Albi denuo edendi propositum, utrumque vero promulgatum sine mora ab omnibus, paucissimis demptis, erat approbatum.

In Capitulo generali V. Congreg. Americ.-Cass., mense Aug. 1875 S. Vincentii celebrato prima vice de jubilari festivitate publica instituta est disceptatio abhinc autem parvula quaedam hac de re enata est historia; absit vero, ut molestus sim ea omnia enarrando, quae fortassis alio loco non omni omnino destituerentur pretio; paucis tamen licet proferre, quae hunc respiciunt catalogum. Itaque Kal. Maji 1876 literae e monasterio S. Vincentii datae sunt ad omnia monasteria, quorum habebatur notitia, quibus Albi denuo imprimendi jungebatur schema, rogabatur assistentia. Schema autem praeter ea, quae in priori Albo, 1869 edito, servabantur, complectebatur haec: ut brevis cujusque monasterii historica descriptio, effigies Illustrissimorum Episcoporum et Reverendissimorum Abbatum S. O. N. viventium, imago cujuslibet modo florentis monasterii adjicerentur, quibus insuper accederent panegyrici atque hymni in honorem SS. Patris, qui ceteris essent praecellentiores, denique ad calcem tabula, qua loca omnia vario colore deliniarentur, quibus Benedictini commorantur.——Hoc schema ab omnibus quidem laude dignum est habitum, at tandem ob vel ipsas expensas derelinqui debuit. Neque statim aliud suffectum est,

quippe cum tempus ad 1880 intercedens diuturnum satis ad maturius atque penitius deliberandum videretur.——Ad finem anni 1878 monuit Illmus et Revmus D. D. Jo. Chrys. Kruesz, S. Martini de S. M. P. dignissimus Abbas, tempus deliberandi jamjam effugisse, moxque manus esse admovendas, ut vel ea fierent, quibus et media et tempus suppeterent. Libentissime huic monito obsecundans Revmus Abbas S. Vincentii alias temperi dedit literas (10. Feb., festo S. Scholasticae 1879), quibus adjecit schema alterum, in hoc ipso Albo servatum. Undique summa benevolentia data sunt responsa, (pro quibus gratias refero quam maximas) una Praefectura Ap. Novae Nursiae in Australia excepta. In hoc altero schemate ratio habita est tum eorum, quae Illmi et Revmi D. D. Abbates quatuordecim Salisburgi adunati die 24. Oct. 1876, tum eorum, quae dilectissimi Confratres Viennae collecti die 27. Dec. 1878 Albi compilatori suggerenda approbaverunt; prae aliis autem, quae O. N. scriptorum elenchum spectabant, libentissime audivimus interim a carissimis Confratribus Austriacis propositam esse descriptionem omnium scriptorum S. O. N., qui ab anno 1750 hucusque in Imperio Austriaco-Hungarico floruerunt cum spe fore, ut universi Ordinis scriptores mox describantur; ad quod opus Confratres Austriacos maxime idoneos judicamus, qui nostros aemulae posteritati commendent scriptores.

Pauca jam de ipsa operis exsecutione adjicere liceat.——Tempestive catalogos singulos accepi, si paucos excipio, quos inter unum de potioribus Part. I., qua de causa (praeter alias) Album tardius prelum relinquere debuit. Minutiora, quae varietatem quandam inter singulos constituunt catalogos, partim rogatus intacta reliqui, partim vero mutare non potui, ubi vero transmissum catalogum mutavi non alia id feci ratione, quam ut majori consulerem libri aequabilitati. Album in tres partes distinxi: I., quae complectitur S. Antistites O. S. B. viventes et ab 1866 vita functos, atque Congregationes omnes; II., quae Archiabbatiam S. Martini de S. M. P., multis praeclarisque titulis optime meritam, cum quatuor Abbatiis filialibus exhibet. Propriam illi tribui partem, quod neque ad Congregationes neque ad singularia monasteria referri convenienter potuit.——Huic parti Nova Nursia accessisset, si ejusdem obtinuissem catalogum; III., quae omnia monasteria comprehendit, quae

potissimum conditionibus a gubernio ad finem saec. 18. oriundis necnon aliis causis a Congregationis impediuntur unitate.—— In enumerandis sive congregationibus sive monasteriis ordinem chronologicum erectionis duxi servandum esse. Ad libri finem adjeci notamina quaedam de Venerabilibus S. O. N. Monialibus, quae sine dubio grato animo suscipientur ab omnibus.

Hucusque dictis ideam, progressum atque operis executionem narravi: idea quidem acceptissima apud omnes, an vero executio? —— Defectus nonnulli evitari non poterant, reliqui meae tribuantur imperitiae, pro quibus tamen fraterna fretus caritate peto indulgentiam. Id unum superest, quod denuo indicem priusquam finem ceteroquin forte taedioso imponam sermoni: sit hoc Album non tam signum, quod posuit mutua caritas illa, qua sola bonum est fratres convenisse in unum, quam etiam causa, qua arctior evadat animorum unio, frequentior nascatur communicatio, libentius conferantur spiritualia subsidia, ut inde confortentur fratres, aedificentur fideles, honoretur SS. P. N. Benedictus,

I. O. G. D.

S. Vincentii, 1880,
Die Festo SSmi P. N. Benedicti. P. J., O. S. B.

PARS I.

SANCTISSIMUS DOMINUS,

DOMINUS NOSTER,

LEO PP. XIII.

ELECTUS 20. FEB. 1878.

JESU CHRISTI IN TERRIS VICARIUS,

TOTIUS S. ECCLESIAE SUMMUS PONTIFEX

AC MAGISTER INFALLIBILIS,

ABBAS ABBATUM,

TOTIUS RELIGIONIS MODERATOR AC FAUTOR,

Quem Deus beatum faciat in terra et non tradat in animam inimicorum ejus,

QUIQUE BENEDICAT SUIS

FILIIS OBEDIENTISSIMIS.

EMINENTISSIMUS ET REVERENDISSIMUS

DOMINUS,

D. JOANNES B. PITRA,

O. S. B.

CONGREGATIONIS GALLICAE,

SANCTAE ROMANAE ECCLESIAE

EPISCOPUS CARDINALIS,

EPISCOPUS TUSCULANENSIS (FRASCATI),

BIBLIOTHECARIUS S. R. ECCLESIAE,
SACRAE CONGREGATIONIS DE PROPAGANDA FIDE
NEC NON ALIARUM SS. CONGREGATIONUM COMPLURIUM SOCIUS,
S. O. CISTERCIENSIS, CONGREGATIONIS GALLICAE
AC ABBATIAE SANCTIMONIALIUM O. S. B. DE SANCTA CAECILIA,
SOLESMIS, PROTECTOR, ETC.,

nat. in Champforgeuil, Galliae, 1. Aug. 1812, sacerdos ordinatus 17. Dec. 1835, sol. prof. 10. Feb. 1843, in sacrum Cardinalium Collegium cooptatus 16. Mart. 1863, Episcopus Tusculanensis renuntiatus 1879.

EMINENTISSIMUS ET REVERENDISSIMUS

DOMINUS,

D. DOMINICUS BARTOLINI,

SANCTAE ROMANAE ECCLESIAE

SUB TITULO S. MARCI

PRESBYTER CARDINALIS,

SACRAE CONGREGATIONIS EP. ET REG.,

DE PROPAGANDA FIDE,

ALIARUMQUE PLURIUM SOCIUS,

ORDINIS S. P. N. BENEDICTI

PROTECTOR MUNIFICENTISSIMUS.

T

ARCHIEPISCOPI O. S. B.

Juxta tempus dispositi, quo ad episcopalem evecti sunt dignitatem.

1. Illustrissimus et Reverendissimus Dominus,

D. MICHAEL ANGELUS CELESIA, D. D.,

CONGREGATIONIS CASSINENSIS,

ARCHIEPISCOPUS PANORMITANUS, SICILIAE,

antea Abbas Ordinarius Montis Cassini et Procurator Generalis Congregationis,

nat. Panormi 13. Jan. 1811, prof. in Monasterio S. Martini de Scalis, Panormi, 15. Jan. 1835, sac. ord. 25. Jul. 1836, consecratus Episcopus Pactensis (Patti in Sicilia) 25. Apr. 1860, designatus Archiepiscopus Panormitanus 27. Oct. 1871.

2. Illustrissimus et Reverendissimus Dominus,

JOSEPH BEN. DUSMET D'AMOURS, D. D.,

CONGREGATIONIS CASSINENSIS,

ARCHIEPISCOPUS CATANIENSIS, SICILIAE,

antea Abbas S. Nicolai de Arenis, Catanae,

nat. Panormi 15. Aug. 1818, prof. in Monasterio S. Martini de Scalis, Panormi, 15. Aug. 1840, consecratus mense Martio 1866.

3. Illustrissimus et Reverendissimus Dominus,

D. BEDA VAUGHAN, D. D.,

CONGREGATIONIS ANGLICAE,

ARCHIEPISCOPUS SYDNEYENSIS, AUSTRALIAE,

antea Prior S. Edmundi, Duaci,

nat. apud Courtfield, Ross, Angliae, 9. Jan. 1834, prof. 5. Oct. 1854, sac. ord. 9. Apr. 1859, consecratus Archiepiscopus Nazianzenus i. p. i. et Coadjutor Sydneyensis 19. Mart. 1872, translatus ad sedem Sydneyensem 16. Mart. 1877; residet in St. John's College, Sydney, Australia.

4. Celsissimus et Reverendissimus Dominus,

D. FRANCISCUS ALBERTUS EDER,

CONGREGATIONIS AUSTRIACAE,

PRINCEPS-ARCHIEPISCOPUS SALISBURGENSIS,

Sanctae Sedis Apostolicae Legatus natus,

Totius Germaniae Primas,

Eques C. R. Ordinis S. Joseph, S. T. et Phil. D. etc.

nat. apud Hallein, Salisburgi, 30. Jan. 1818, prof. 3. Apr. 1842, sac. ord. 1. Aug. 1843, Abbas S. Petri electus 17. Jan. 1857, Archiepiscopus Salisburg. elect. 27. Maj. 1876, confirm. 29. Sept., consecrat. 22. Oct., pallio indut. 24. Oct. 1876.

5. Illustrissimus et Reverendissimus Dominus,

D. GULIELMUS SANFELICE, D. D.,

E DUCIBUS AQUAVELLAE,

CONGREGATIONIS CASSINENSIS,

ARCHIEPISCOPUS NEAPOLITANUS,

nat. in Aversa, Neapolis, 14. Apr. 1834, prof. in Monasterio Cavensi 15. Jul. 1855, sac. ord. 1857, Romae consecratus 15. Jul. 1878.

EPISCOPI O. S. B.

1. Illustrissimus et Reverendissimus Dominus,

D. JOSEPH BROWN, D. D.,

CONGREGATIONIS ANGLICAE,

EPISCOPUS NEOPORTENSIS ET MENEVENSIS,

nat. apud Bath, Angliae, 2. Maj. 1796, prof. 28. Oct. 1814, sac. ord. 7. Apr. 1823, consecratus Episc. Apolloniae, i. p. i. ac primus designatus Vicarius Apost. Walliae 28. Oct. 1840, translatus 29. Sept. 1850; residet in Bullingham, Hereford, England.

2. Illustrissimus et Reverendissimus Dominus,

D. BERNARDUS COLLIER, D. D.,

CONGREGATIONIS ANGLICAE,

EPISCOPUS DRUSIPARENSIS, i. p. i.,

nat. apud Leyburn, Richmond, Angliae, 3. Nov. 1802, prof. 13. Nov. 1824, sac. ord. 20. Maj. 1826, consecrat. Episc. Drusip. 3. Maj. 1840; residet apud St. Osburg's, Hill Street, Coventry, England.

3. Illustrissimus et Reverendissimus Dominus,

D. JOSEPH M. BENEDICTUS SERRA, D. D.,

CONGREGATIONIS CASSINENSIS,

EPISCOPUS DAULIENSIS, i. p. i.,

nat. in Martarò, Hispaniae, 21. Mart. 1811, prof. in Congreg. Vallisoletana 21. Dec. 1828, translat. ad Mon. Cavense 1835, consecrat. Episc. Portus Victoriae, Australiae, 11. Jun. 1847, translat. 7. Aug. 1849.

4. Illustrissimus et Reverendissimus Dominus,

D. BERNARDUS ULLATHORNE, D. D.,

CONGREGATIONIS ANGLICAE,

EPISCOPUS BIRMINGHAMIENSIS,

nat. apud Pocklington, York, Angliae, 7. Maj. 1806, prof. 5. Apr. 1825, sac. ord. 24. Sept. 1831, consecrat. Episcopus Hetaloniensis, i. p. i., designatus Vicarius Apost. Districtus Occidentalis Angliae 21. Jun. 1846, translat. primus Episc. Birminghamiens. 29. Sept. 1850, residet in Birmingham, England.

5. Illustrissimus et Reverendissimus Dominus,

D. RUDESINDUS SALVADO, D. D.,

CONGREGATIONIS CASSINENSIS,

EPISCOPUS PORTUS VICTORIAE, AUSTRALIAE,

Abbas nullius Novae Nursiae,

nat. in Tuy, Hispaniae, 1. Mart. 1814, prof. in Congreg. Vallisoletana 25. Jul. 1830, translat. ad Mon. Cavense 1835, consecratus Episcopus Portus Victoriae 15. Aug. 1849, Abbas electus 1866.

6. Illustrissimus et Reverendissimus Dominus,

D. ROGERIUS BLUNDO, D. D.,

CONGREGATIONIS CASSINENSIS,

EPISCOPUS CEPHALUDENSIS, SICILIAE,

nat. Panormi 18. Jun. 1801, prof. in Monasterio S. Martini de Scalis, Panormi, 24. Jun. 1822, sac. ord. 1823, consecratus 21. Mart. 1858.

7. Illustrissimus et Reverendisssmus Dominus,

D. SAMUEL AUGUSTINUS SCHEEHY, D. D.,

O. S. B.

EPISCOPUS BETHSAIDENSIS, i. p. i.,

COADJUTOR SYDNEYENSIS, elect. 12. Nov. 1866,

(Vide "Gerarchia Catt." 1879, pag. 262.)

8. Illustrissimus et Reverendissimus Dominus,

D. LUDOVICUS M. FINK, D. D.,

CONGREGATIONIS AMERICANO-CASSINENSIS,

EPISCOPUS LEAVENWORTHENSIS,

nat. in Triftersberg, Bav., 12. Jun. 1834, prof. in Monasterio S. Vincentii 6. Jan. 1854, sac. ord. 28. Maj. 1857, consecratus Episc. Eucarpiensis, i. p. i., 11. Jun. 1871, translatus 22. Maj. 1877.

9. Illustrissimus et Reverendissimus Dominus,

D. ALOYSIUS VACCARI, D. D.,

CONGREGATIONIS CASSINENSIS,

EPISCOPUS SINOPENSIS, i. p. i.,

COADJUTOR NICOTEN. ET TROPIEN., SICILIAE,

nat. Fuscaldi, 21. Apr. 1817, prof. 18. Dec. 1861, consecratus 31. Dec. 1871.

10. Illustrissimus et Reverendissimus Dominus,

D. ANSELMUS NOUVEL DE LA FLECHE, D. D.,

CONGREGATIONIS CASS. DE PRIMÆVA OBSERVANTIA,

EPISCOPUS CORISOPITENSIS, GALLIAE,

nat. Corisopiti (Quimper) 26. Dec. 1811, sac. ord. 5. Jun. 1841, prof. in Monast. S. Mariæ de Petra-Rotante 28. Aug. 1870, consecratus 4. Feb. 1872.

11. Illustrissimus et Reverendissimus Dominus,

D. BENEDICTUS SCARISBRICK, D. D.,

CONGREGATIONIS ANGLICÆ,

EPISCOPUS PORTUS ALOYSII, INSULAE MAURITII,

nat. apud Liverpool, Angliæ, ——, prof. 9. Nov. 1845, sac. ord. 24. Jan. 1850, consecrat. 11. Feb. 1872; residet in Port Louis, Island of Mauritius.

12. Illustrissimus et Reverendissimus Dominus,

D. CUTHBERTUS HEDLEY, D. D.,

CONGREGATIONIS ANGLICAE,

EPISCOPUS CAESAROPOLITANUS, i. p. i.,

COADJUT. EPISC. NEOPORTEN. ET MENEVEN., ANGLIAE,

nat. apud Morpeth, Angliæ, 15. Apr. 1837, prof. 10. Nov. 1855, sac. ord. 19. Oct. 1862, consecratus 29. Sept. 1873; residet apud St. Francis Xavier's, Broad Street, Hereford, England.

13. Illustrissimus et Reverendissimus Dominus,

D. RUPERTUS SEIDENBUSCH, D. D.,

CONGREGATIONIS AMERICANO-CASSINENSIS.

EPISCOPUS HALIENSIS, i. p. i.,

VICARIUS APOSTOLICUS MINNESOTAE SEPTENTRIONALIS,

nat. Monachii, Bav., 13. Oct. 1830, prof. in Monasterio S. Vincentii 6. Jan. 1852, sac. ord. 22. Jun. 1853, consecratus 30. Jun. 1875.

14. Illustrissimus et Reverendissimus Dominus,

D. ILDEFONSUS INFANTE Y MACIAS, D. D.,

EPISCOPUS S. CHRISTOPHORI DE LAGUNA, SEU NIVARIEN,

in Insula TENERIFFE,

nat. in Maguer, Hispaniæ, 31. Maj. 1818, confirmat. Episcopus Claudiopolitanus, i. p. i., 17. Maj. 1876, translatus 28. Mart. 1877.

15. Illustrissimus et Reverendissimus Dominus,

D. CASPAR LANCIA, D. D.,

E DUCIBUS BROLO, CONGREGATIONIS CASSINENSIS,

EPISCOPUS PHILADELPHIENSIS, i. p. i.,

COADJUTOR ARCHIEPISCOPI PANORMITANI,

nat. Panormi 30. Sept. 1825, prof. in Monasterio Montis regalis, Sic., 27. Jun. 1846, sac. ord. 20. Aug. 1848, confirmatus 28. Mart. 1878, consecratus in Basilica Ostiensi 28. Apr. 1878.

16. Illustrissimus et Reverendissimus Dominus,

D. JORDANUS M. J. BALSIEPER, D. D.,

CONGREGATIONIS CASS. DE PRIMÆVA OBSERVANTIA.

EPISCOPUS THANASIAE, i. p. i.,

VICARIUS APOSTOLICUS BENGALAE ORIENTALIS,

natus apud Elberfeld, Borussiæ, 28. Nov. 1835, prof. in Proto-Monasterio S. Scholasticæ, Sublaci, 15. Aug. 1859, prof. 2. Jul. 1867, sac. ord. 13. Oct. 1864, confirmatus Episcopus 28. Mart. 1878, consecrat. 12. Maj. 1878.

17. Illustrissimus et Reverendissimus Dominus,

D. JOACHIM MOREIRA REIS, D. D.,

O. S. B.

qui habuit sedem. (Vide Gerarchia cattolica pro 1879, pag. 303),

nat. in Guimara 1. Maj. 1812, confirmatus Episc. 28. Sept. 1849.

PRAEFECTI APOSTOLICI.

1. **Illustrissimus et Reverendissimus Dominus,**

D. RUDESINDUS SALVADO,

Episc. Port. Vict., Praef. Ap. *Novae Nursiae, Oceaniae.*

2. **Reverendissimus D. D. ISIDORUS ROBOT,**

Abbas, Praef. Ap. *Territorii Indiani,* Stat. Foed. Americ.

REVERENDISSIMI D. D. ABBATES

Abbatiarum O. S. B. nullius Dioecesis,

quae ordine alphabet. enumerantur in "*La Gerarchia Cattolica*" pro 1879, p. 307.

1. Archi-Abbatia *S. Martini* in S. M. Pannoniæ,

Ordinarius: Revmus D. D. JOANNES CHRYS. KRUESZ, elect. 5. Sept. 1855.

2. Abbatia *Montis Cassini,*

Ordinarius: Revmus D. D. NICOLAUS D'ORGEMONT, elect. 1872.

3. Abbatia *Montis Virginis,* Italiæ,

Ordinarius: Revmus D. D. GULIELMUS DE CESARE, elect. 9. Maj. 1859.

4. Abbatia *Novae Nursiae,* Australiæ,

Ordinarius: Illmus et Revmus RUDESINDUS SALVADO, elect. 1866.

5. Abbatia *S. Pauli de Urbe,*

Ordinarius: Revmus D. D. LEOPOLDUS ZELLI-JACOBUZI, elect. 21. Aug. 1867.

6. Abbatia *S. Scholasticae*, Sublaci,
Ordinarius: Eminentissimus et Illustrissimus D. D.
RAPHAEL MONACO LA VALETTA,
S. R. E. Cardinalis, Abbas Commendatarius perpetuus et Ordinarius, elect. 20. Mart. 1873.

7. Abbatia *B. M. Virginis*, Einsidlae,
Ordinarius: Revmus D. D. BASILIUS OBERHOLZER, confirm. 15. Mart. 1875.

8. Illustrissimus et Reverendissimus Dominus,
D. SIMPLICIUS JOSEPH PAPPALETTERE, D. D.,
Magnus Prior S. Nicolai de Bario, Italiae,
nat. Baruli 8. Feb. 1815, prof. in Monast. Cassinensi 10. Feb. 1836, sacerdos . . . Abbas S. Pauli de Urbe 1853, deinceps Abbas Montis Cassini et Visitator Provinciae Neapolitanae.

REVERENDISSIMI PRAESULES, O. S. B.,

qui ab A. D. 1866 in Domino pie obierunt.

1. Eminentissimus et Reverendissimus Dominus,
D. MARIANUS FALCINELLI-ANTONIACCI,
Congreg. Cass., S. R. E. Cardinalis, Archiepiscopus Atheniensis, i. p. i., ab Assisi, prof. in Monast. S. Pauli de Urbe, A. D. 1825, def. 29. Maj. 1874.

2. Illustrissimus et Reverendissimus Dominus,
D. JOANNES BEDA POLDING,
Congreg. Angl., Archiep. Sydneyens., a Bath, Angliae, prof. in Monast. S. Gregorii de Downside, A. D. 1811, def. 16. Mart. 1877.

3. Illustrissimus et Reverendissimus Dominus,

D. GREGORIUS DE SCHERR,

Congreg. Bav., Archiep. Monac.-Frising., a Neunburg, Bav., prof. in Monast. Mettenensi, A. D. 1833, def. 24. Oct. 1877.

4. Illustrissimus et Reverendissimus Dominus,

D. PLACIDUS GULIELMUS MORRIS,

Congreg. Cass., Episc. Trojanens., i. p. i., prof. in Monast. S. Gregorii de Downside, A. D. 1811, def. 2. Feb. 1872.

5. Illustrissimus et Reverendissimus Dominus,

D. JOACHIM PEREIRA-FERRAZ,

Episcopus Leiriensis, Lusitaniae, a Barcellos, Lusitaniae, def. —

6. Illustrissimus et Reverendissimus Dominus,

D. RODERICUS ECHEVARRIA Y BRIONES,

Episcopus Segoviensis, Hispaniae, a S. Mellan de Cogolla, Hispaniae, def. —

7. Illustrissimus et Reverendissimus Dominus,

D. LUDOVICUS SARAIVA,

Congreg. Brasilianae, Episcopus S. Ludovici de Maragnano, Brasiliae, a S. Amaro, def.—

8. Illustrissimus et Reverendissimus Dominus,

D. MICHAEL HADRIANUS HANKINSON,

Congreg. Anglicae, Episc. Portus Ludovici in Insula Mauritiana, a Warrington, Angliae, prof. in Monast. S. Gregorii de Downside, A. D. 1835., def.—

9. Illustrissimus et Reverendissimus Dominus,

D. ANTONIUS M. A JESU DA CAMPOS,

Episcopus Rhesinensis, i. p. i., a Mexico, def. —

10. Illustrissimus et Reverendissimus Dominus,

D. CASPARUS WILLI,

Congreg. Helveticae, Episcopus Curiensis, Helv., Rhaetus ex Ems, nat. 2. Feb. 1823, prof. 1. Maj. 1845, sac. 11. Jun. 1848, Episcopus Antipatrens. et Coadjutor Curiensis, praeconiz. 21. Dec. 1868, in monast. Einsidlensi consecrat. 7. Mart. 1869, translatus 12. Mart. 1877, def. 17. April 1879.

11. Illustrissimus et Reverendissimus Dominus,

D. DANIEL BONIFACIUS DE HANEBERG,

Congreg. Bav., Episcop. Spirens., Bav., nat. in Tann, Bav., 17. Jun. 1816, prof. 28. Dec. 1851, sac. 29. Aug. 1839, elect. Abbas monast. S. Bonifacii Monachii 4. Oct. 1854, Episcopus Spirensis consecrat. 15. Aug. 1872, def. 31. Maj. 1876.

CONGREGATIO

ANGLO-BENEDICTINA,

FORMATA A. D. 1300

DENUO INSTAURATA A. D. 1607.

DE CONGREGATIONE ANGLO-BENEDICTINA
HISTORICA NOTAMINA BREVIA.

PRIMI *monasterii* O. S. B. fundator et auctor in Anglia fuit S. Gregorius Magnus, Romanus Pontifex, qui maxima sua charitate huc misit Beatissimum Augustinum, Monast. S. Andreae, Romae, Priorem cum quadraginta monachis ad Christi fidem praedicandam. (A. D. 596-7). — Fausta sacri Ordinis initia aeque felices susceperunt proventus; familia etenim Benedictina ex die in diem incrementa accepit nec interiit unquam. Domi quidem post bella calamitatesque renovarunt isti monachi, quæ fidei moribusque populi interim erant detracta, exteris vero gentibus Christi nomen fidemque sub crucis vexillo primo praedicarunt, pari utrinque successu.

Inter Angliae monachos numerantur apostolorum imitatores: S. Bonifacius, S. Wigbertus, S. Willibrordus, aliique; fundatores vero monasteriorum, ecclesiarum, scholarum, ac reformatores ecclesiasticae disciplinae fuerunt: S. Benedictus Biscopus, Abbas Wiremuthensis, S. Wilfridus, Eboracensis archiepiscopus, Sanctique Dunstanus, Laufrancus, Anselmus, S. Augustini in primatu Cantuariensi successores.

Uti primaeva ferebat disciplina, unumquodque monasterium sub solius proprii Abbatis erat moderamine constitutum, nec ullum Congregationis intercedebat ligamen, ne quidem cum postmodum Dunstani et Lanfranci Statuta ubique observarentur. Anno vero Domini 1215, monachi nigri per Angliam, Concilii Lat. obtemperantes Statutis, in duas, Cantuariensem scil. ac Eboracensem, coaluerunt provincias, quae labente saeculo, anno 1300 a Bonifacio PP. VIII. in unam Congregationem Anglicam reductae sunt. Exinde unum erat Capitulum Generale ac Congregationis moderatores ad triennium eligebantur ex Abbatibus in Capitulo praesentibus. Atque sic stabilita Congregatio, nova antiquis cumulavit coram Deo et hominibus merita, donec Henricus VIII., Angliae rex, exterminare decrevit, quos et sui divortii noverat oppugnatores et auctoritatis Romani Pontificis propugnatores indefessos. (A. D. 1536-9). Quo tempore monachi plures martyrio coronati sunt, v. g. Abbates Glastoniensis, Colchestriensis, Readingensis, ac monachi non pauci. —

Sub Maria, Henrici VIII. filia (1553–1558), Angliae regina, restitutum est monasterium *Westmonasteriense*, prope Londinium, illique D. Joannes Feckenham, S. T. D., monachus Eveshamensis, praefectus est Abbas, die 21. Nov. 1555. Succedente Elisabeth ad regium thronum denuo ejecti sunt monachi die 12. Julii 1559, partim quidem in exilium acti, partim vero in carceres detrusi, glorioso vero fine tandem quieverunt omnes, *unico* tantum D. *Sigeberto Buckley*, sub Abbate D. Joanne Feckenham, Westmonasterii professo, remanente A. D. 1603.—Itaque infra annos 67 monasteria trecenta extincta sunt, ut vel unus ille superesset.—Jamvero sub eodem tempore plures alumni, qui sacris disciplinis addiscendis in Seminariis anglicanis transmarinis operam navarunt, Deo vocante seminaria reliquerunt seque in sacro Ordine S. P. N. Benedicti inter monachos Italos et Hispanos reformatos divino devoverunt servitio. Mox vero in Angliam se contulerunt, ubi quamprimum se adjunxerunt confratribus, quibus D. Sigebertus Buckley in carcere s. Ordinis contulerat et habitum et Anglorum Benedictinorum privilegia (21. Nov. 1607).

Nova exinde nata est Congregatio, approbante ac benedicente Paulo PP. V., d. 19. Maji, 1616; monasteria apostolicum adepta sunt beneplacitum et Constitutiones, sancitae Brevi "*Ex incumbenti*," d. 23. Aug. 1619, ac Bulla "*Plantata*" ab Urbano PP. VIII. d. 12. Julii 1633, quaeque gesta sunt hucusque, confirmata sunt.

Monasteria, quae ab hujus Congregationis monachis erecta sunt, in Flandria, Gallia et Germania, currente saeculo XVII haec sunt:

1. Prioratus S. Gregorii Magni, Duaci in Flandria;
2. Prioratus S. Laurentii, Mart., Dei Custodiae, Lotharingiae;
3. Abbatia SS. Adriani et Dionysii apud Lambspring in Germania;
4. Prioratus S. Edmundi, Regis, Parisiis;
5. Prioratus S. Benedicti in oppido S. Maclovii (S. Malo) in Gallia, qui anno 1668 translatus est ad Congregationem S. Mauri.

Hodie hujus Congregationis numerantur Provinciae duae, Cantuarensis scil. et Eboracensis, Monasteria vero quinque:

1. Prioratus Cathedralis SS. Michaelis et Angelorum, prope *Hereford;*
2. Prioratus S. Gregorii Magni de *Downside;*
3. Prioratus S. Laurentii de *Ampleforth;*
4. Prioratus S. Edmundi, *Duaci;*
5. Prioratus S. P. N. Benedicti apud *Fort Augustus*, Scotiae.

A. PRAESULES

viventes, qui ex hac Congregatione prodierunt:

1. Ill. et Rev.	D., D. Beda Vaughan, Archiep.,	(supra, pag.		7.)
2. "	D., D. Joseph Brown, Episcopus	(	"	8.)
3. "	D., D. Bernardus Collier, "	(	"	9.)
4. "	D., D. Bernardus Ullathorne, Episcopus	(	"	9.)
5. "	D., D. Bernardus Scarisbrick, Episcopus	(	"	11.)
6. "	D., D. Cuthbertus Hedley, Episcopus	(	"	11.)

B. NOMINA EORUM, QUI TENENT

I. OFFICIA CAPITULARIA:

1. PRAESES TOTIUS ALMAE CONGREGATIONIS:

Reverendissimus D., D. PLACIDUS BURCHALL.

2. ABBATES (titulares):

(titulo desumpto ex antiquis S. O. in Anglia monasteriis)

Westmonasteriensis: RR. D., D. Praeses Generalis.
Glastoniensis: RR. D., D. Cuthbertus Smith.
S. Albani: RR. D., D. Norbertus Sweeney.
S. Mariae Eboraci: RR. D., D. Vincentius Clifton.
S. Edmundi in Buriâ: RR. D., D. Augustinus Bury.
Eveshamensis: vacat.

3. DEFINITORES REGIMINIS:

1. R. P. D. Stanislaus Giles,
2. R. P. D. Vincentius Clifton,
3. R. P. D. Norbertus Sweeney.

4. PROVINCIALES:

Cantuariensis: R. P. D. Cuthbertus Smith.
Eboracensis: R. P. D. Augustinus Bury.

5. PRIORES CATHEDRALES (titulares):

Cantuariensis: RR. D., D. Praeses Generalis,
Wintoniensis: R. P. D. Vincentius Clifton,
Dunelmensis: R. P. D. Cuthbertus Smith,
Eliensis: R. P. D. Petrus Wilson,
Wigorniensis: R. P. D. Franciscus Davis,
Bathoniensis: R. P. D. Clemens Worsley,
Petroburgensis: R. P. D. Maurus Margison,
Roffensis: R. P. D. Stanislaus Giles,
Cestrensis: R. P. D. Placidus Hall,
Glocestrensis: R. P. D. Norbertus Sweeney,
Coventriensis: R. P. D. Beda Prest,
Nordovicensis: R. P. D. Bernardus Murphy,

6. PRIORES CONVENTUALES:

Prior Cath. S. Michaelis et omnium SS. Angelorum: R. P. D. Wilfridus Raynal.

S. Gregorii Magni de Downside: R. P. Aidanus Gasquet.

S. Laurentii Martyris apud Ampleforth: R. P. D. Stephanus Kearney.

S. Edmundi, Regis, apud Duacum in Gallia: R. P. D. Anselmus O'Gorman.

S. P. Benedicti sublacu, apud St. Augustus: R. P. D. Hieronymus Vaughan.

7. PRAESES 2do electus:

R. P. D. Norbertus Sweeney, D. D.

8. DEFINITORES ANGLIAE:

Prov. Cantuariensis: R. P. D. Franciscus Davis, R. P. D. Edmundus Moore.

Prov. Eboracensis: R. P. D. Maurus Margison, R. P. D. Anselmus Walker.

9. MAGISTRI GENERALES:

R. P. D. Placidus Hall,
R. P. D. Norbertus Sweeney,
R. P. D. Anselmus O'Gorman.

10. PRAEDICATORES GENERALES:

R. P. D. Beda Swale,
R. P. D. Ambrosius Cotham,
R. P. D. Stanislaus Holahan,
R. P. D. Maurus Anderson,
R. P. D. Anselmus Walker,
R. P. D. Aloysius Wilkinson.

11. PROCURATOR IN CURIA ROMANA:

R. P. D. Norbertus Sweeney.

12. SECRETARIUS RR. D. PRAES. GENERAL.:

R. P. D. Placidus Hall.

13. PROCURATORES ANGLIAE:

Cantuariensis: R. P. D. Benedictus Tidmarsh,
Eboracensis: R. P. D. Benedictus Snow.

14. VICARIUS MONIALIUM:

R. P. D. Laurentius Shepherd.

II. OFFICIA NON-CAPITULARIA:

1. PROVINCIALES 2do et 3tio electi:

Cantuariensis: 2do R. P. D. Norbertus Sweeney,
3tio R. P. D. Paulinus Wilson,
Eboracensis. 2do R. P. D. Aidanus Hickey,
3tio R. P. D. Maurus Margison.

2. PRAEPOSITI PROVINCIALES:

Prov. Cantuariens.:

District. Cantab. et Wigorn.: R. P. D. Nicolaus Kendal,
" *Cantii et Oxon.:* R. P. D. Clemens Worsley,
" *Walliae:* R. P. D. Paulinus Wilson.

Prov. Eboracens.:

District. Lancast.: R. P. D. Anselmus Walker,

" *Eborac.:* R. P. D. Benedictus Lynass,
" *Cumbriae:* R. P. D. Gregorius Brierley,
" *Northumbriae:* R. P. D. Augustinus Davey.

3. SCRUTATORES PROVINCIALES:

Cantuariensis: R. P. D. Placidus Sinnott,
R. P. D. Edmundus Moore,
R. P. D. Aloysius Wilkinson.

Eboracensis: R. P. D. Vincentius Dinmore,
R. P. D. Gregorius Brierley,
R. P. D. Wilfridus Brown.

4. SECRETARII CAPIT. PROVINCIAL.:

Cantuariensis: R. P. D. Alphonsus Maria Morrall,
Eboracensis: R. P. D. Aidanus Hickey.

5. CENSORES LIBRORUM:

Pro Provinciis: R. P. D. Norbertus Sweeney,
R. P. D. Placidus Hall,

Pro Monasteriis: R. P. D. Augustinus Bury,
R. P. D. Wilfridus Raynal.

6. ANNALIUM SCRIPTOR ET CUSTOS:

R. P. D. Gilbertus Dolan.

C. MONASTERIA.

I. PRIORATUS CATHEDRALIS

Sancti Michaelis, Arch., et omnium SS. Angelorum

apud Hereford, Dioec. Neoport. et Meneven.

(Inscriptio epist: St. Michael's Priory, Belmont, Hereford, England.)

Monasterii S. Michaelis, Arch., A. D. 1859 prima jacta sunt fundamenta, atque in eo totius Congregationis, quotquot sunt, Novitii ad habitum admittuntur, peractoque Novitiatus anno ad vota simplicia nuncupanda. Nec soli tamen communi Novitiatui destinatum

est hoc monasterium, sed communium etiam studiorum domus est, ubi simpliciter professi per triennium philosophicis, historicis, theologicis disciplinis operam navant. Expleto autem studiorum tempore ad proprium quisque revertitur monasterium. — Prior caterique hujus monasterii Superiores e tota Congregatione seliguntur. — Prior et Canonici Dioecesis Neoportensis et Menevensis constituunt capitulum Dioecesanum ad eosque spectat Episcopi electio. — Primus Prior fuit adm. R. P. D. Norbertus Sweeney (1859 — 62), alter adm. R. P. D. Beda Vaughan (1862 — 1873), modo Archiepiscopus Sydneyensis, tertius, qui modo praeest, accessit 1873 adm. R. P. Wilfridus Raynal.

1. PRIOR ET CAPITULUM DIOEC. NEOPORT. ET MENEVENS.

R. P. D. Wilfridus Raynal, *Prior*,
" Paulinus Wilson, *Poenitentiarius*,
" Romualdus Woods, *Theologus*,
" Wolstanus Richards,
" Augustinus O'Neill,
" Basilius Hurworth,
" Isidorus Green,
" Vincentius Dolman,
" Cuthbertus Doyle,
" Franciscus Fleming.

2. CONVENTUS HODIERNUS MON. S. MICHAELIS, ARCH.

Nota 1. Litteræ G., L., E., B., nominibus appositæ, initiales sunt Monasteriorum S. Gregorii, S. Laurentii, S. Edmundi, S. Benedicti, quae indicant cujus quisque sit.

Nota 2. Quae hic describuntur nomina invenies denuo scripta unacum die natali etc., sub Monasterio cuique proprio.

Adm. R. P. D. Wilfridus Raynal, Prior, G.,
R. P. D. Romualdus Woods, Subprior, E., theol. professor,
" Augustinus O'Neill, E., Philos. professor et Juniorum Magister,
" Cuthbertus Doyle, E., Novitiorum Magister,
" Franciscus Fleming, G., Cellerarius.

PROFESSI VOTORUM SIMPLICIUM:

R. F. Aidanus Howlett, G.
" Josephus Colgan, G.
" Athanasius Fishwick, L.
" Edmundus Kershaw, E.
" Cuthbertus Butler, G.
" Hilarius Wilson, L.
" Maurus Lucan, L.
" Bened. Weld Blundell, B.
" Osmundus Knight, G.
" Wilfridus New, G.
" Meinradus Fulton, G.
" Kentigernus Milne, B.

R. F. Basilius Clarkson, L.
" Elphegus Duggan, L.
" Beda Polding, L.
" Hildebr. Bradley, L.
" Raym. Mackenzie, E.
" Gregorius Rathe, E.
" Placidus O'Hear, E.
" Dunstanus Tiernan, E.
" Anselmus Scannell, E.
" Michael Barrett, B.
" David Hurley, E.

NOVITII:

R. F. Franc. Vassalli, L.
" Gabriel Geary, G.
" Laurentius Fishwick, L.
" Coelestinus Froës, L.
" Bernardus Bell, E.
" Gilbertus Atherton, E.

R. F. Ignatius Middleton, E.
" Clemens Larkin, B.
" Paulus Sheriff, B.
" Adr. Weld Blundell, B.
" Dionysius Morrison, B.
" Oswald. Hunter Blair, B.

F. Robertus Adams, *Conversus* (1865.)
" Benedictus Dewe, *Postulans laicus.*
" Dominicus McKenna, *oblatus* (1874.)
" Thomas Blythe, *oblatus* (1874.)

II. PRIORATUS S. GREGORII MAGNI

apud Downside. prope Bath, comit. Somersetensi,

DIOECESIS CLIFTONIENSIS.

Inscriptio epist., St. Gregory's Priory, Downside, Bath, England.

Monasterium S. Gregorii M. Duaci in Flandria A. D. 1605 erectum est labore R. P. D. Augustini White, alias Bradshaw.

P. Augustinus iste, a S. Joanne dictus, primus fuit ex Anglis illis,

de quibus supra inter "notamina brevia" dictum est, eos apud Hispanos sacrum Ordinis suscepisse habitum. Vota religiosa emisit in Abbatia S. Martini, Compostellae, inde vero Vicarius generalis factus est eorum, qui de Hispanica obedientia in Anglia missionariorum insudarunt laboribus. Obiit autem die 4. Maji, 1618, in monasterio de Longueville, Normandiae, ubi disciplinae reformandae causa commoratus est. Benefactor praecipuus novaeque domus aedificator fuit Revmus D. D. Philippus Cavarell, monasterii S. Vidasti. Atrebati, praenobilis Abbas. Floruit monasterium S. Gregorii M. Duaci ad annum usque 1792, ubi infausto Gallicanae revolutionis tempore dispersi sunt monachi. Qui quidem in Anglia refugium quaesiverunt atque invenerunt apud Acton-Burnell in Salopia, ubi D. Eduardus Smythe, ex nobili genere oriundus, in proprias aedes amice suscepit monachos hospites. A. D. 1814 ad proprium fundum potuerunt transire apud Downside, parum ab oppido Radstock, 12 vero millariis a civitate Bath distantem. Aedificia nova adjecta sunt annis 1823, 1853. 1873, quae et pulchritudine excellunt et fini suo aptissima sunt; ecclesia autem nondum completa est. Sequuntur

Nomina omnium ad hoc monasterium spectantium:

(Prodierunt ex hoc monasterio:)

1. Reverendissimus et Illustrissimus

D. D. BEDA ROGERIUS VAUGHAN,

ARCHIEPISCOPUS SYDNIENSIS,

(Vide supra pag. 7.)

2. Reverendissimus et Illustrissimus

D. D. JOSEPH THOMAS BROWN,

EPISCOPUS NEOPORTENSIS ET MENEVENSIS.

(Vide supra pag. 8.)

3. Reverendissimus et Illustrissimus

D. D. BERN. GULIELMUS ULLATHORNE,

EPISCOPUS BIRMINGHAMIENSIS.

(Vide supra pag. 9.)

(Pertinent ad monasterium:)

4. **Rev. D. D. Cuthbertus Thomas Smith,**

ABBAS TITULARIS GLASTONIENSIS,

PRIOR CATHEDRALIS TITULARIS DUNELMENSIS,

Provincialis Cantuariensis,

nat. apud Walton-ladale, Lancastriae, 16. Dec. 1815; prof. 8. Dec. 1836; sac. 4. Jun. 1844; moratur in Prioratu S. Wolstani, Little Malvern, Worcestershire.

5. **Adm. R. P. D. Norbertus Jacobus Sweeney,**

ABBAS TITULARIS S. ALBANI,

PRIOR CATHEDRALIS TITULARIS GLOCESTRENSIS,

Praeses 2do electus,

nat. apud Bangalore, Indiae, 3. Nov. 1821; prof. 24. Junii 1833; sac. 18. Mart. 1848; moratur in Prioratu S. Joannis, Bath.

6. **Adm. R. P. D. Petrus Joseph Wilson, S. T. D.,**

Prior Cathedralis Titularis Eliensis,

nat. apud Upsall, com. Eboracens., 11. Oct. 1799; prof. 10. Feb. 1820; sac. 11. Junii 1827; moratur in Monasterio.

7. **Adm. R. P. D. Franciscus Richardus Davis,**

Prior Cathedralis Titularis Wigornensis,

Definitor Cantuariensis,

nat. apud Usk, 15. Aug. 1805; prof. 5. Apr. 1825; sac. 24. Sept. 1831; Missionarius apud Coughton, Redditch.

8. **Adm. R. P. Bernardus Jacobus Murphy,**

Prior Cathedralis Titularis Nordovicensis,

Subprior in monast. S. Benedicti de Fort Augustus,

nat. Dublinii, 23. Maji 1840; simpl. prof. 5. Feb. 1861, sol. prof. —, sac. 6. Junii 1868.

9. **Adm. R. P. D. Aidanus Franciscus Gasquet,**

Prior hujus monasterii,

nat. Londinii, 5. Oct. 1846; simpl. prof. 30. Sept. 1867; sol. prof. 8. Dec. 1870; sac. 19. Dec. 1874.

10. R. P. D. Nicolaus Jacobus Kendal,

Praepositus Cantabr. et Wigorn.,

nat. Londinii, 2. Apr. 1806; prof. 5. Apr. 1825; sac. 24. Sept. 1831; Rector ecclesiae S. Mariae de Monte Carmelo apud Redditch.

11. R. P. D. Michael Placidus Sinnott,

nat. apud Carne, Wexford, Hiberniae, 8. Maji, 1803; prof. 15. Feb. 1827; sac. 24.—, 1831; Missionarius apud Chipping Sodbury, Gloucestershire.

12. R. P. D. Benedictus Josephus Tidmarsh,

Procurator Prov. Cantuar.,

nat. apud Beckford, Gloucest., 23. Oct. 1818; prof. 8. Dec. 1836; sac. 19. Sept. 1846; moratur in Prioratu S. Wolstani, Little Malvern, Worcestershire.

13. R. P. D. Osualdus Edwinus Davis,

nat. apud Usk, 5. Jan. 1819; prof. 10. Oct. 1839, sac. 18. Mart. 1848; Missionarius apud Bonham, Stourton, Wiltshire.

14. R. P. D. Antonius Gulielmus Bulbeck,

nat. apud Havant, 10. Nov. 1822; prof. 11. Nov. 1841; sac. 6. Mart. 1852; Missionarius apud Scarisbrick, Lancashire.

15. R. P. D. Alphonsus M. Joannes Morrall,

Secretarius Cap. Provincial. Cantuariens.,

nat. apud Studley, Warwick, 20. Mart. 1825; prof. 28. Jan. 1845; sac. 21. Sept. 1853; Missionarius apud Wooton-Henley in Arden, Warwickshire.

16. R. P. D. Edmundus Henricus Moore,

Definitor 2dus Cantuariensis,

nat. apud Irnham, Lincoln, 20. Apr. 1824; prof. 28. Jan. 1845; sac. 21. Sept. 1853; moratur in Prioratu S. Osburgae, Hill Street, Coventry.

17. R. Fr. Anselmus M. Robertus Barnewall,

nat. Londinii, 22. Feb. 1821; prof. 2. Apr. 1846; ord. minores suscepit 19. Sept. 1846.

18. R. P. D. Josephus Georgius Davis,

nat. apud Newport, Monmouth, 24. Aug. 1828; prof. 5. Oct. 1847; sac. 2. Junii 1855; moratur in Prioratu S. Joannis, Bath.

19. R. P. D. Wilfridus Paulus Raynal,

p. t. Prior Cathedr. Monast. S. Michaelis,

nat. apud Portum Ludovicum, Ins. Mauritii, 30. Nov. 1830; prof. 8. Dec. 1851; sac. 28. Mart. 1857; moratur in Monast. S. Michaelis, Hereford.

20. R. P. D. Bernardus Henricus Bulbeck.

nat. apud Havant, 17. Nov. 1825; prof. 2. Apr. 1852; sac. 9. Apr. 1859; Missionarius apud Ecclesiam S. Josephi, Great Malvern, Worcester.

21. R. P. D. Ephraem Robertus Guy,

nat. apud Swallowfield, Wilts, 26. Julii 1833; prof. 21. Mart. 1853; sac. 18. Junii 1859; Missionarius apud Eccl. S. Michaelis, Abergavenny, Monmouthshire.

22. R. P. D. Wolstanus Joannes Richards,

Canonicus Neoport. et Menev.,

nat. apud Coughton, 4. Jan. 1835; prof. 5. Oct. 1854; sac. 18. Maji 1862; Missionarius ap. Eccl. S. Josephi, Greenhill, Swansea.

23. R. P. D. Clemens Georgius Clarke,

nat. apud Hyderabad in India, 17. Julii 1836; prof. 5. Oct. 1854; sac. 18. Maji 1862; moratur in Prioratu S. Joannis, Bath.

24. R. P. D. Benedictus Terentius Snow,

Procurator Prov. Eboracens..

nat. Londinii, 23. Sept. 1838; prof. 14. Junii 1857; sac. 19. Mart. 1865; Rector Ecclesiae S. Mariae, 12 S. Paul's Square, Liverpool.

25. **R. P. D. Isidorus Robertus Green,**
Canonicus Neoport. et Menev.,
nat. Londinii, 11. Apr. 1837; prof. 21. Apr. 1858; sac. 26. Maji 1866; moratur in St. Mary's, Bridgend, Glamorgan.

26. **R. P. D. Ambrosius Antonius Pereira,**
nat. apud Calcutta in India, 9. Maji 1839; prof. 21. Apr. 1858; sac. 26. Maji 1866; moratur Coventriae in Prioratu S. Osburgae.

27. **R. P. D. Julianus Henricus O'Hare,**
nat. apud Dundalk, Hiberniae, 21. Apr. 1842; simpl. prof. 31. Mart. 1860; sol. prof. 5. Aug. 1868; sac. 30. Nov. 1868; moratur in Prioratu S. Osburgae, Coventriae.

28. **R. P. D. Richardus Arthurus O'Hare,**
nat. apud Birmingham, 4. Nov. 1844; simpl. prof. 13. Julii 1861; sol. prof. 16. Dec. 1869; sac. 11. Jan. 1870; moratur apud Ecclesiam S. Mariae, Liverpool.

29. **R. P. D. Joannes Stutter,**
nat. in vico S. Edmundi de Buria, 23. Apr. 1842; simpl. prof. 17. Nov. 1861; sol. prof. 16. Dec. 1869; sac. 11. Jan. 1870; Missionarius apud Stratford-on-Avon, Warwickshire.

30. **R. P. D. Vincentius Carolus Dolman,**
Canonicus Neoport. et Menev.,
nat. Londinii, 19. Apr. 1842; simpl. prof. 5. Feb. 1861; sol. prof. 12. Mart. 1864; sac. — 1868.

31. **R. P. D. Gregorius Hubertus Murphy,**
nat. Dublinii, 25. Apr. 1841; simpl. prof. 5. Feb. 1861; sol. prof. 12. Mart. 1864; sac. 6. Junii 1868; Subprior et parochus S. Gregorii apud Downside.

32. **R. P. D. Hieronymus Josephus Vaughan,**
Prior Mon. S. P. Benedicti de Fort Augustus,
nat. apud Courtfield, Ross, 24. Sept. 1841; simpl. prof. 5. Feb. 1861; sac. 15. Junii 1867.

33. R. P. D. Dunstanus Joannes Breen,

nat. apud Castlebridge, Wexford in Hibernia, 26. Sept. 1841; simpl. prof. 10. Dec. 1861; sol. prof. 11. Dec. 1864; sac. 22. Maji 1869; Missionarius apud Ecclesiam S. Gregorii, Cheltenham.

34. R. P. D. Josephus Leonardus Davies,

nat. apud Studley, Warwick, 22. Jan. 1845; simpl. prof. 22. Nov. 1864; sol. prof. 15. Jan. 1868; sac. 21. Dec. 1872; Missionarius. apud Ecclesiam S. Joannis, Rhymney, Wales.

35. R. P. D. Elphegus Georgius Cody,

Praefectus Studiorum

in Colleg. S. Benedicti, Fort Augustus, nat. Bathoniae, 5. Sept. 1847; simpl. prof. 29. Sept. 1866; sol. prof. 8. Dec. 1876; sac. 29. Junii 1874.

36. R. P. D. Franciscus Archembaldus Fleming,

Canonicus Neoport. et Menev., Hospitarius et Cellerarius

in Monast. S. Michaelis de Belmont, nat. Londinii, 27. Maji 1847; simpl. prof. 30. Sept. 1867; sol. prof. 8. Dec. 1870; sac. 29. Junii 1874.

37. R. P. D. Gregorius Richardus Kendal,

nat. Bathoniae, 2. Junii 1848; simpl. prof. 30. Sept 1867; sol. prof. 8. Dec. 1870; sac. 11. Oct. 1874.

38. R. P. D. Edmundus Hugo Ford,

Studiorum Rector, Cantor, Hospitarius in Mon. S. Gregorii Magni,

nat. Cliftoniae, 23. Mart. 1851; simpl. prof. 25. Jan. 1870; sol. prof. 27. Maji 1873; sac. 10. Junii 1877.

39. R. P. D. Placidus Richardus Rea,

Praefectus in Collegio S. Gregorii Magni,

nat. apud Liverpool, 20. Julii 1851; simpl. prof. 11. Maji 1871; sol. prof. 17. Maji 1874; sac. 10. Junii 1877.

40. **R. P. D. Wilfridus Carolus Corney,**

Cellerarius in Mon. S. Gregorii Magni,

nat. Londinii, 7. Feb. 1851; simpl. prof, 30. Sept. 1870; sol. prof. 9. Nov, 1873; sac. 10. Junii 1877.

41. **R. P. D. Clemens Joannes Fowler,**

Infirmarius,

nat. apud Westbroomwich, 16. Apr. 1851; simpl. prof. 6. Oct. 1871; sol. prof. 8. Dec. 1874; sac. 21. Dec. 1878.

42. **R. P. D. Gilbertus Joannes Dolan,**

Congreg. Anglic. Annalista, Bibliothecarius,

nat. Londinii, 2. Feb. 1853; simpl. prof. 6. Oct. 1871; sol. prof. 8. Dec. 1874; sac. 21. Dec. 1878.

43. **R. P. D. Benedictus Simon Finch,**

nat. apud Bubnowlee in India, 26. Dec. 1852; simpl. prof. 23. Jan. 1875; sol. prof. 18. Dec. 1875; sac. 21. Dec. 1878.

DIACONI:

44. **R. P. Beda Georgius Cox,**

nat. apud Birkenhead, 6. Jan. 1854; simpl. prof. 13. Feb. 1874; sol. prof. 9. Mart. 1877; diacon. 21. Dec. 1878.

45. **R. P. Maurus Bernardus Suter,**

nat. Bathoniae, 22. Jan. 1854; simpl. prof. 7. Oct. 1873; sol. prof. 8. Dec. 1876; diacon. 21. Dec. 1878.

SUBDIACONI:

46. **R. Fr. Leo Thomas Almond,**

nat. apud Liverpool, 22. Junii 1854; simpl. prof. 5. Sept. 1874; sol. prof. 8. Dec. 1877; subdiac. 15. Junii 1878.

47. **R. Fr. Bruno Kaspar Kengelbacher,**

nat. apud Einsideln, Helvetiae, 8. Jun. 1850; simpl. prof. 7. Sept. 1875; sol. prof. 8. Dec. 1878; subdiac. 21. Dec. 1878.

FRATRES CLERICI:

48. **Fr. Willibrordus Edmundus Van Volckxsom,**
nat. Antwerpiae, 17. Julii 1845; simpl. prof. 12. Sept. 1876; acolythus 8. Sept. 1878.

49. **Fr. Aidanus Jacobus Howlett,**
nat. apud New Ross, Hiberniae, 12. Feb. 1856; simpl. prof. 12. Sept. 1876; acolythus 8. Sept. 1878.

50. **Fr. Josephus Joannes Colgan,**
nat. apud Cappagh, Hiberniae, 9. Dec. 1857; simpl. prof. 12. Sept. 1876; acolythus 15. Aug. 1878.

51. **Fr. Ildephonsus Gulielmus Campbell,**
nat. Dublinii, 2. Febr. 1857; simpl. prof. 24. Sept. 1877; acolythus 16. Aug. 1878.

52. **Fr. Cuthbertus Joseph Eduardus Butler,**
nat. Dublinii, 6. Maji 1858; simpl. prof. 24. Sept. 1877.

53. **Fr. Osmundus Gulielmus Knight,**
nat. apud Wharwar in India, 19. Aug. 1853; simpl. prof. 6. Sept. 1878.

54. **Fr. Wilfridus Henricus New,**
nat. Londinii, 29. Julii 1859; simpl. prof. 6. Sept. 1878.

55. **Fr. Meinradus Franciscus Fulton,**
nat. apud Rycpore in India, 16. Aug. 1860; simpl. prof. 6. Sept. 1878.

NOVITIUS:

Fr. Gabriel, Gul. Geary Thompson,
nat. apud Brighton, 28. Mart. 1856, indutus 3. Sept. 1878.

CONVENTUS HODIERNUS S. GREGORII M.
de Downside.

1. Adm. R. P. D. Aidanus Gasquet, *Prior, S. Theol. Professor.*
2. Adm. R. P. D. Petrus Wilson, S. T. D., *Prior Cathed. Eliensis.*
3. R. P. D. Gregorius Murphy, *Subprior et Parochus.*
4. " Gregorius Kendal,
5. " Edmundus Ford, *Rector Studiorum.*
6. " Placidus Rea, *Praefectus in Collegio.*
7. " Wilfridus Corney, *Cellerarius.*
8. " Clemens Fowler, *Infirmarius.*
9. " Gilbertus Dolan, *Bibliothecarius.*
10. " Benedictus Finch.
11. R. F. Anselmus Burnewall.
12. R. P. Beda Cox, *Diaconus.*
13. " Maurus Suter, *Diaconus.*
14. R. F. Leo Almond, *Subdiaconus.*
15. " Bruno Kengelbacher, *Subdiaconus.*
16. " Willibaldus Van-Volckxsom.
17. " Ildephonsus Campbell.
18. F. Franciscus Ward, *Postulans laicus.*
19. " Robertus Vernon, *Postulans laicus.*

Praeter monastica officia princeps occupatio est *cura animarum* et scientiae cupidae *juventutis educatio* in Collegio sive gymnasio monasterio adnexo.

Nomina eorum, qui inde a 1. d. Jan. 1866 pie in Domino obierunt, invenies descripta in *Necrologio*, quod universam spectat Congregationem. Hoc temporis spatio obierunt 23.

III. PRIORATUS S. LAURENTII, MART.,

apud Ampleforth,

DIOECESIS BEVERLACENSIS (*anglice Beverly.*)

Inscriptio Epistolarum: St. Lawrence's, Ampleforth, York, England.

Fundatum est monasterium S. Laurentii, A. D. 1608, in oppido Dei Custodiae (Dieulouard) Lotharingiae ad ripas fere Mosellae fluminis. Ibidem olim ecclesia exstitit collegiata, S. Laurentio sacra,

quam canonici, translata episcopali sede ad Nanceium (Nancy), dereliquerunt; Carolus Cardinalis vero, Nancei Primas, Lotharingiae Princeps, eandem R. P. Augustino Bradshaw, de quo alibi dictum est, pro monachis Anglis tradidit die 2. Dec. 1606. Anno D. 1608 monachi primum ingressi vitam in quiete duxerunt religiosam, donec labente saeculo 18. Gallicanae revolutionis fautores cum reliquis monachis hos etiam in exilium egerunt. Angliam exules petierunt atque apud Acton-Burnell in Salopia invenerunt refugium. Brevi vero tempore novum Amplefordiae (Ampleforth) in Comitatu Eboracensi (York) et Dioecesi Beverlacensi (Beverly) succrevit monasterium.

Sequuntur omnium nomina, qui huic monasterio adscripti sunt:

(Ex hoc Monasterio prodiit:)

Reverendissimus et Illustrissimus

D. D. CUTHBERTUS JOANNES HEDLEY,

Episcopus Caesaropolitanus, Aux. Neop. et Menev.

(vide supra pag. 11.)

(Pertinent ad monasterium:)

1. Rev. D. D. VINCENTIUS CUTHBERTUS CLIFTON,

Abbas S. Mariae Eborac., Def. Reg.,

nat. in Acton, Middlesex, 12. Jan. 1818, prof. 10. Feb. 1841; sac. 20. Sept. 1843.

2. Rev. D. D. AUGUSTINUS THOMAS BURY,

Abbas S. Edmundi de Buria, Provincialis Eborac.,

nat.————————; prof. 28. Aug. 1844; sac. 30. Nov. 1849.

3. Adm. Rev. P. D. Stephanus Thomas Kearney,

Prior Monasterii S. Laurentii,

nat. in Kingston, Jamaicae, 24. Maji 1842; simpl. prof. 25. Mart. 1862; sol. prof. ————— 1865; sac. 27. Dec. 1868.

4. Adm. Rev. P. D. Clemens Joan. Worsley,

Prior Cathedralis Bathon., Praep. Cantii et Oxon.,

nat. in Preston, 21. Maji 1812; prof. 15. Oct. 1833; sac. 20. Maji 1837.

5. **Adm Rev. P. D. Maurus Thomas Margison.**
Prior Cathedralis Petroburgensis, Def. Eborac.,
nat. in Brownedge, 3. Nov. 1818; prof. 15. Oct. 1833; sac. 20. Maji 1837.

6. **Adm. Rev. P. D. Anselmus Gul. Gillett, S. T. D.,**
Rector Collegii S. Joannis in Universitate Sydneyensi,
nat. in Penwortham, Lancast. —— 1824; prof. 3. Apr. 1846; sac. 21. Dec. 1850.

7. **Adm. R. P. D. Beda Gulielmus Prest,**
Prior cathedralis Coventriae,
nat. in Masham, Yorkshire, 21. Dec. 1831; prof. 5. Nov. 1850; sac. 16. Maji 1856.

8. **Adm. R. P. D. Paulinus Alfredus Wilson,**
Praepos. Walliae, Provinc. Cantuar. 2do electus, Can. Neop. et Men.,
nat. in York, 31. Jan. 1831; prof. 20. Nov. 1852; sac. 29. Dec. 1857.

9. **Adm. R. P. D. Romualdus Gulielmus Woods,**
Subprior in Mon. S. Michaelis, Can. Neop. et Men.,
nat. in Ince Blundell, Lanc. 6. Oct. 1833; prof. 20. Nov. 1852; sac. 29. Dec. 1857.

10. **Adm. R. P. D. Basilius Henricus Hurworth,**
Canon. Neoport. et Menev.,
nat. in York, 29. Dec. 1836; prof. 23. Dec. 1857; sac ——— 1854.

11. **R. P. D. Carolus Fairclough,**
nat. in Wigan, 14. Nov. 1788; prof. ——— 1818; sac. ——; in Mon. S. Edmundi, Duaci in Gallia.

12. **R. P. D. Vincentius Eduardus Dinmore,**
nat. apud Knaresboro, Yorkshire, 5. Jan. 1805; prof. 30. Mart. 1824; sac. 17. Sept. 1830; apud Goosnargh, Preston, Lancashire.

13. **R. P. D. Laurentius Gregorius Burge,**

nat. apud Dunster, Somerset, 4. Apr. 1810; prof. 15. Oct. 1833; sac. 11. Dec. 1834; apud Barton on Humber, Lincolnshire.

14. **R. P. D. Ignatius Henricus Sutton,**

nat. in Liverpool, 12. Oct. 1812; prof. 4. Febr. 1834; sac. 20. Maji 1837; apud St. Gregory's, Somerset Place, Cheltenham.

15. **R. P. D. Bernardus Thomas Jackson,**

nat. in Liverpool, 17. Nov. 1815; prof. 5. Mart. 1836; sac. 14. Dec. 1839; apud Brownedge, Preston, Lancashire.

16. **R. P. D. Ambrosius Gul. Brindle,**

Capellanus Canoniss. Regul. S. Augustini, Newton-Abbot, Devon.

nat. in Brownedge, 19. Jun. 1818; prof. 11. Nov. 1838; sac. 23. Sept. 1843.

17. **R. P. D. Anselmus Thomas Walker,**

Definitor Eboracensis,

nat. in Blackburn, Lanc. 21. Apr. 1821; prof. 11. Nov. 1838; sac. 26. Jan. 1845; apud Brownedge, Preston, Lancashire.

18. **R. P. D. Benedictus Eduardus Lynass,**

nat. in ———————; prof. ——— 1843; sac. ———————; apud Knaresboro, Yorkshire.

19. **R. P. D. Laurentius Jacobus Shepherd,**

Vicarius Monialium,

nat. in Liverpool, 24. Aug. 1819; prof. 28. Aug. 1844; sac. 30. Nov. 1849; apud St. Mary's Abbey, Stanbrook, Worcester.

20. **R. P. D. Cuthbertus Jacobus Proctor,**

Vacavit quidem Meginradi cella post ejus obitum annis fere quatuor et quadraginta habitatoribus, non vero vicinorum, Divi cubiculum quodque construxerat Deiparae sacellum saepius invisentium, peregrinorum frequentia. Precantibus mirum coelitus praesidium adfuit, ut, fama exinde ad longinquiores terras pervadente, Benno, Argentinensis ecclesiae canonicus, et non multo post Eberhardus, Praepositus ejusdem ecclesiae, anachoretarum vitam acturi illuc peterent. Multiplicatis discipulis Eberhardus sacellum B. Virginis a Meginrado conditum majori basilica in honorem S. Mauritii inclusit, coenobium adjunxit, ex eremitarum cellis demum monasterium fecit. Nec sine miraculo res accidit. Nam cum S. Conradus, Constantiensis tunc temporis episcopus, sacellum B. Virginis consecraturus abesset specie coelitus sibi objecta ipsum Christum locum dedicantem vidit atque perspexit (A. D. 948). Quod prodigium templi religionem adeo auxit, ut perennis per saecula ad nostram usque aetatem ad sacram eremum fidelium ex omnibus fere Europae regionibus concursus fiant. Eberhardum brevi temporis spatio interjecto, duo Thietlandus fratrum regimen tenebat excepit *Gregorius* abbas (960–996), "vir sanctissimus et cunctis virtutibus pollens" in veteribus annalibus appellatus. Et quidem tanta ejus fuit magisterii fama atque Eremi, ut etiam accitus sit sanctus Wolfgangus, qui Ratisbonensem ecclesiam postea rexit (972). Eandem existimationem per aliquot saecula durasse argumentum est, quod monachi alii episcopi crearentur, alii ad nova condenda monasteria vocarentur. Ita Constantiensem sedem Warmannus (1026) et Ru-

moldus (1051), Cumensem Eberhardus, Curiensem Hartmannus (1026) et Udalricus (1234) illustrarunt, qui omnes Eremi fuerunt alumni; ex eadem familia Petri-Domus in suburbio Constantiae, a S. Gebhardo constructa (992), tres suos primos abbates, Murense recens monasterium duos priores Praepositos, Hirsaugiense coenobium primum rectorem Fridericum (1065) accepit. Mitto alios alio postulatos abbates. Interioris laudi disciplinae exterarum rerum splendor par fuit. Nam non Helvetiae dynastae solum Meginradi cellam amplissimis donis certatim ornabant verum et supremi imperii atque ecclesiae rectores eximio eam favore prosequebantur: illi terrarum largitiones et principalem dignitatem, hi cum alia privilegia tum exemptionem ab episcopali jurisdictione conferebant. Nec tamen adversos casus Eremus effugit: bellicos tumultus, hostium incursus, flammarum vim, aedificiis pluries incendio absumptis. Majorem calamitatem accepit monasterium languescente ab ineunte saeculo XV. disciplinae religiosae studio. Perniciosus tum invaluit mos nonnisi nobiles juvenes in patrum concilio admittendi, qui non vocati a Deo sed a parentibus coacti coenobium velut otiosae vitae certum refugium peterent; itaque vita communis contemni, res fastu absumi coepta est; negligebant pristinam regulae severitatem equis venationibusque plus aequo indulgebant. Inde factum, ut quo tempore haeresis Zwingliana per finitimas provincias grassaretur, sacra eremus exitio proxima sive adeo jam prostrata esse videretur. Mortuo abbate Conrado III., (1526), monachus, qui unus superstes fuit, transfuga sacrilegus in haereticorum castra abscessit, coenobium vacuum relinquens.

Restitutor exstitit Ludovicus II. ex gremio monachorum San—Gallensium adscitus. Is, adnitente utique Deipara ac Deo juvante monasterium velut exstinctum in cineribus excitavit. Quatuor bonae spei adolescentulos assumpsit, quorum binos in Suevia regulari disciplina informandos misit, duos reliquos apud se retinens maxima diligentia bonis literis et moribus erudivit, privilegia quoque ac jura ab imperatoribus et S. Pontificibus olim concessa confirmari curavit. Successorem sortitus est Joachim abbatem, virum rerum gerendarum prudentia insignem, quem pro magna qua apud omnes erat auctoritate totius Helvetiae ecclesiasticus ordo suo nomine mitteret ad Tridentinum concilium (1556). Augustinus I. (1600-1629) auctor fuit Congregationis Helveto—Benedictinae, Placidus (ob. 1670) ejusdem saluberrimi instituti praecipuus fautor atque patronus. His gubernantibus viris illustrissimis numero discipulorum aucto, multiplicatis facultatibus cum rigor disciplinae invales-

ceret, literarum studia instaurarentur verbo et scriptis propugnaretur religio, impugnaretur haeresis, Eremus ad pristinum splendorem evecta mirifice effloruit. Secutus est Augustinus II. (ob. 1692), professo quondam in Juvaviensi literarum Universitate, vir apprime doctus, qui egregio suo opere scholastico et Concilii Tridentini, quam ex Pontificis jussu susceperat, defensione principem locum inter ejus aetatis theologos obtinet. Maurus abbas (1698—1714) labentem vetustate basilicam ac monachorum habitationes magnificentiorem in modum construere aggressus est, quod opus, qui successerunt Thomas (ob. 1734) et Nicolaus (ob.1773) prosecuti sunt.

Luctuosissimum saeculum XVIII. exitum habuit ob bellum ortum inter Gallos Helvetiosque. Eremus quoque maxima clade afflicta est. Nam postquam hostes in Alpium valles irruperant, monachis fuga salutem petere coactis et in exteris regionibus dispersis milites monasterium despoliaverunt, sacellum B. Virginis destruxerunt, ruinis omnia impleverunt. Verum breviavit Deus desolationis dies; paucis annis post abbas Beatus cum fratribus ex aliena terra redux, etsi unacum principali dignitate amiserat terrenum dominatum, non solum extera damna sarcivit, sed munera etiam monastica ad christiani populi salutem novo ardore denuo prosecutus est.

Ceterum externa bella intestinae civium discordiae sunt consecutae; inde novae tempestates monasterio imminebant, ex quibus tamen Henricus abbas IV. commissam sibi familiam prudentia et animi fortitudine servavit. Idem, quo plures pueri optimis moribus et litteris imbuerentur, litterarum ludum in monasterio institutum maxime auxit et ut exterae nationes beneficia sua experirentur, missis in Americae septentrionalem partem fratribus Prioratum ibidem condidit, quod jam in nobile monasterium excrevit. Obiit, postquam Vaticano concilio interfuit, mense Decembri 1874; in locum ejus laeta fratrum conspiratione suffectus est abbas Basilius I. feliciter regnans.

MONACHI:

Ex hoc monasterio prodiit:

Illustrissimus ac Reverendissimus Dominus,

D. MARTINUS MARTY,

Abbas S. Meinradi, Americ. Sept.

Illustrissimus et Reverendissimus Dominus, D. Basilius I. Oberholzer,

Abbas,

Sangallensis ex Uznach, nat. 28. Dec. 1821, prof. 24. Sept. 1843, sac. 19. Sept. 1846, Abbas electus 13. Jan. 1875, benedictus 9. Maji 1875, Praeses Congregationis 10. Maji 1875.

2. Pl. R. P. Ildephonsus Huerlimann,

Decanus,

Tugiensis ex Walchwyl, nat. 22. Feb. 1826, prof. 1. Maj. 1845, sac. 8. Jul. 1849, decanus 17. Aug. 1867.

3. Adm. R. P. Joannes Ev. Ritter,

Subprior,

Sangallensis ex Lichtensteig, nat. 10. Mart. 1819, prof. 11. Maj. 1851, sac. 14. Aug. 1853.

4. R. P. Pius Regli,

Uraniensis ex Ursern, Senior *jubilatus,* nat. 28. Jun. 1792, prof. 11. Oct. 1812, sac. 9. Mart. 1816.

5. R. P. Conradus Maria Effinger,

Suitensis ex Einsiedeln, *jubilatus,* nat. 29. Oct. 1800, prof. ad S. Urbanum, Ord. Cistert., 21. Nov. 1819, sac. 18. Sept. 1824, prof. Einsidlae 19. Jan. 1861.

6. R. P. Sigismundus Keller,

Sangallensis ex Gossau, *jubilatus,* nat. 25. Jan. 1803, prof. 14. Maj. 1820, sac. 20. Maji 1826.

7. R. P. Athanasius Tschopp,

Lucernensis ex Knutwyl, *jubilatus,* nat. 10. April. 1803, prof. 22. Oct. 1820, sac. 20. Maj. 1826.

8. R. P. Claudius Perrot,

Alsata ex Neubreisach, *jubilatus,* nat. 14. Maj. 1803. prof. 27. Oct. 1822, sac. 16. Sept. 1827.

9. R. P. Bonifacius Graf,

Lucernensis ex Schoetz, *jubilatus*, nat. 11. Jan. 1803, prof. 27. Oct. 1822, sac. 16. Sept. 1827.

10. R. P. Ambrosius Roeslin,

Badensis ex Seckingen, *jubilatus*, nat. 27. Nov. 1803, prof. 5. Sept. 1824, sac. 14. Jun. 1829.

11. R. P. Petrus Bloch,

Solodoranus ex Oberbuchsiten, nat. 18. Juli. 1807, prof. 10. Maj. 1829, sac. 13. April. 1834.

12. R. P. Joachim Bachmann,

Tugiensis ex Menzingen, nat. 27. Oct. 1810, prof. 26. Sept. 1830, sac. 2. Jul. 1835.

13. R. P. Morianus Kaelin,

Suitensis ex Einsiedeln, nat. 2. Aug. 1810, prof. 29. Sept. 1832, sac. 12. Aug. 1837.

14. R. P. Conradus Stoecklin,

Solodoranus ex Hofstetten, nat. 1. April. 1813, prof. 29. Sept. 1832, sac. 29. Jun. 1836.

15. R. P. Maurus Benedictus Tschudi,

Argojus ex Zeiningen, nat. 14. Maj. 1813, prof. Fischingae 26. Oct. 1834, sac. 10. Sept. 1837, prof. Einsidlae 11. Jul. 1862.

16. R. P. Anselmus Schubiger,

Sangallensis ex Uznach, nat. 5. Mart. 1815, prof. 8. Sept. 1835, sac. 30. Mart. 1839.

17. R. P. Justus Landolt,

Glaronensis ex Naefels, nat. 9. April. 1815, prof. 3. Sept. 1837, sac. 15. Sept. 1839.

18. R. P. Aegidius Liner,

Sangallensis ex St. Georgen, nat. 27. Dec. 1816, prof. 26. April. 1840, sac. 21. Sept. 1845.

19. R. P. Georgius Ulber,

Novitiorum Magister,

Rhaetus ex Lenz, nat. 26. Jul. 1818, prof. 16. Aug. 1840, sac. 21. Sept. 1845, Nov. Mag. a 16. April. 1876.

20. R. P. Joseph Maria Reifle,

Sangallensis ex Rapperswyl, nat. 17. Oct. 1823, prof. 29. Jun. 1842, sac. 18. Oct. 1846.

21. R. P. Michael Haesele,

Argojus ex Rheinfelden, nat. 25. Aug. 1819, prof. 4. Sept. 1842, sac. 21. Sept. 1844.

22. R. P. Petrus Damiani Inglin,

Suitensis ex Rothenthurm, nat. 21. Dec. 1821, prof. 24. Sept. 1842, sac. 19. Sept. 1846.

23. R. P. Aloysius Ibele,

Vorarlbergensis ex Feldkirch, nat. 7. April. 1825, prof. 1. Maj. 1845, sac. 17. Sept. 1848.

24. R. P. Philippus Jacobus Bucher,

Argojus ex Beinwyl, nat. 18. Maj. 1815, prof. 1. Maj. 1845, sac. 11. Jun. 1848.

25. R. P. Clemens Hegglin,

Tugiensis ex Menzingen, nat. 29. Jun. 1828, prof. 16. Maji 1847, sac. 15. Sept. 1851.

26. R. P. Raphael Kuhn,

Argojus ex Wohlen, nat. 19. Maji 1826, prof. 16. Maji 1847, sac. 18. Aug. 1850.

27. R. P. Adelricus Dieziger,

Sangallensis ex St. Gallenkappel, nat. 6. Maji 1826, prof. 14. Oct. 1849, sac. 14. Aug. 1853.

28. R. P. Joannes Chrys. Foffa,

Rhaetus ex Muenster, nat. 9. Maji 1830, prof. 11. Maji 1851, sac. 3. Sept. 1854.

29. R. P. Joannes Nepomuc. Buchmann,

Lucernensis ex Emmen, nat. 28. Nov. 1828, prof. 11. Maji 1851, sac. 29. Jul. 1855.

30. R. P. Otto Bitschnau,

Voralbergensis ex Tschagguns, nat. 24. Dec. 1825, prof. 9. Maji 1852, sac. 18. Sept. 1852.

31. R. P. Henricus a Rickenbach,

Suitensis ex Arth, nat. 20. Feb. 1831, prof. 9. Maji 1852, sac. 29. Jul. 1855.

32. R. P. Benno Kuehne,

Sangallensis ex Benken, nat. 30. Jan. 1833, prof. 25. Sept. 1853, sac. 14. Sept. 1853.

33. R. P. Eberhardus Stadler,

Thurgojus ex Welfensberg, nat. 1. Feb. 1830, prof. 25. Sept. 1853, sac. 28. Mart. 1857.

34. R. P. Wolfgangus Schlumpf,

Thugiensis ex Steinhausen, nat. 20. Jan. 1831, prof. 25. Sept. 1853, sac. 13. Sept. 1857.

35. R. P. Alphonsus Maria Ceberg,

Suitensis ex Schwyz, nat. 16. Sept. 1833, prof. 20. Maji 1855, sac. 27. Jun. 1858.

36. R. P. Isidorus Hobi,

Sangallensis ex Berchis, nat. 22. Jan. 1830, prof. 20. Maji 1855, sac. 14. Sept. 1856.

37. R. P. Fidelis Willi,

Rhaetus ex Ems, nat. 3. Maji 1835, prof. 14. Oct. 1855, sac. 11. Sept. 1859.

38. Pl. R. P. Fintanus Mundwiler,

Tigurinus ex Dietikon, nat. 12. Jul. 1835, prof. 14. Oct. 1855, sac. 11. Sept. 1859, Prior ad St. Meinradum, Americ. Sept. 24. Jan. 1871.

39. R. P. Bernardus Benziger,

Suitensis ex Einsiedeln, nat. 17. Mart. 1837, prof. 28. Sept. 1856, sac. 11. Aug. 1861.

40. R. P. Beatus Rohner,

Argojus ex Schneisingen, nat. 12. Jun. 1836, prof. 22. Sept. 1857, sac. 15. Sept. 1861.

41. R. P. Pirminius Stehle,

Wuertembergensis ex Binsdorf, nat. 15. Jul. 1827, prof. 18. Jul. 1858, sac. 11. Jul. 1859.

42. R. P. Meinradus Harth,

Rheno-Borussus ex Coblenz, nat. 5. Aug. 1835, prof. 18. Jul. 1858, sac. 15. Sept. 1861.

43. R. P. Ludovicus Stutzer,

Suitensis ex Kuessnacht, nat. 7. Aug. 1840, simpl. prof. 5. Sept. 1858, sol. prof. 8. Sept. 1861, sac. 13. Sept. 1863.

44. R. P. Ursus Jeker,

Solodoranus ex Buesserach, nat. 25. Maji 1839, simpl. prof. 5. Sept. 1858, sol. prof. 8. Sept. 1861, sac. 21. Maji 1864.

45. R. P. Albertus Kuhn, S. T. D.,

Argojus ex Wohlen, nat. 26. Nov. 1839, simpl. prof. 5. Sept. 1858, sol. prof. 8. Sept. 1861, sac. 21. Maji 1864.

46. R. P. Victor Walter,

Solodoranus ex Muemliswyl, nat. 3. Feb. 1840, simpl. prof. 5. Sept. 1858, sol. prof. 8. Sept. 1861, sac. 21. Maji 1864.

47. R. P. Rudolphus Blaettler,

Subsilvanus ex Buochs, nat. 6. Aug. 1841, simpl. prof. 5. Sept. 1858, sol. prof. 8. Sept. 1861, sac. 11. Sept. 1864.

48. R. P. Leo Keel,

Sangallensis ex Rorschach, nat. 9. Jun. 1839, simpl. prof. 21. Mart. 1860, sol. prof. 19. April. 1863, sac. 28. Jun. 1863.

49. R. P. Gregorius Huerlimann,

Tugiensis ex Walchwyl, nat. 4. Jan. 1840, simpl. prof. 21. Mart. 1860, sol. prof. 19. April. 1863, sac. 11. Sept. 1864.

50. R. P. Bonaventura Binzegger,

Tugiensis ex Baar, nat. 5. April. 1837. simpl. prof. 21. Mart. 1860, sol. prof. 19. April. 1863, sac. 28. Jun. 1863.

51. R. P. Augustinus Gmuer,

Sangallensis ex Amden, nat. 6. Jun. 1841, simpl. prof. 21. Mart. 1860, sol. prof. 19. April. 1863, sac. 23. April. 1865.

52. R. P. Joannes Baptista Mueller,

Suitensis ex Gersau, nat. 23. Jan. 1842, simpl. prof. 8. Sept. 1860, sol. prof. 8. Sept. 1863, sac. 23. April. 1865.

53. R. P. Franciscus Salesius Tiefenthal,

Rhaetus ex Tiefenkasten, nat. 13. April. 1840, simpl. prof. 8. Sept. 1860, sol. prof. 8. Sept. 1863, sac. 23. April. 1865.

54. R. P. Wilhelmus Sidler,

Suitensis ex Kuessnacht, nat. 5. Nov. 1842, simpl. prof. 1. Sept. 1861, sol. prof. 4. Sept. 1864, sac. 24. Aug. 1867.

55. R. P. Leopoldus Studerus,

Sangallensis ex Waldkirch, nat. 13. Sept. 1842, simpl. prof. 1. Sept. 1861, sol. prof. 4. Sept. 1864, sac. 24. Aug. 1867.

56. R. P. Berchtoldus Steiner,

Suitensis ex Alpthal, nat. 12. Mart. 1839, simpl. prof. 1. Sept. 1861, sol. prof. 4. Sept. 1864, sac. 24. Aug. 1865.

57 R. P. Paulus Schindler,

Suitensis ex Goldau, nat. 31. Jan. 1838, simpl. prof. 3. Sept. 1862, sol. prof. 3. Sept. 1865, sac. 24. Aug. 1865.

58. R. P. Robertus Gwerder,

Suitensis ex Muotathal, nat. 23. Jan. 1843, simpl. prof. 3. 1862, sol. prof. 1865, sac. 24. Aug. 1867.

59. R. P. Geroldus Bucher,

Lucernensis ex Kleinwangen, nat. 26. Oct. 1836, simpl. prof. 3. Sept. 1862, sol. prof. 3. Sept. 1865, sac. 24. Aug. 1865.

60. R. P. Dominicus Matter,

Subsilvanus ex Engelberg, nat. 3. Nov. 1838, simpl. prof. 8. Sept. 1863, sol. prof. 30. Sept. 1866, sac. 9. Sept. 1866.

61. R. P. Sigisbertus Zarn,

Rhaetus ex Ems, nat. 5. Jan. 1845, simpl. prof. 8. Sept. 1863, sol. prof. 30. Sept. 1866, sac. 13. Sept. 1868.

62. R. P. Franciscus Zuercher,

Tugiensis ex Menzingen, nat. 14. Oct. 1844, simpl. prof. 8. Sept. 1863, sol. prof. 30. Sept. 1866, sac. 13. Sept. 1868.

63. R. P. Antonius Kunz,

Lucernensis ex Hergiswyl, nat. 12. Jul. 1844, simpl. prof. 20. Aug. 1865, sol. prof. 23. Aug. 1868, sac. 13. Sept. 1868.

64. R. P. Aemilianus Rosenberger,

Wuerttembergensis ex Zimmern, nat. 1. Nov. 1843, simpl. prof. 20. Aug. 1865, sol. prof. 23. Aug. 1868, sac. 4. Jul. 1869.

65. R. P. Nicolaus de Fluee Schmid,

Thurgojus ex Diessenhofen, nat. 26. Mart. 1847, simpl. prof. 24. Aug. 1866, sol. prof. 29. Aug. 1869, sac. 15. Aug. 1871.

66. **R. P. D. Gabriel Meier,**

Argojus ex Baldingen, nat. 27. Nov. 1845, simpl. prof. 24. Aug. 1866, sol. prof. 29. Aug. 1869, sac. 11. Jun. 1870.

67. **R. P. Mauritius Egger,**

Sangallensis ex Tablatt, nat. 12. Apr. 1846, simpl. prof. 30. Aug. 1868, sol. prof. 10. Sept. 1871, sac. 17. Sept. 1871.

68. **R. P. Ignatius Loyola Conrad,**

Argojus ex Auw, nat. 15. Nov. 1846, simpl. prof. 30. Aug. 1868, sol. prof. 10. Sept. 1871, sac. 17. Sept. 1871.

69. **R. P. Marcus Helbling,**

Sangallensis ex Jona, nat. 29. Sept. 1848, simpl. prof. 30. Aug. 1868, sol. prof. 10. Sept. 1871, sac. 21. Jul. 1872.

70. **R. P. Agatho Zehnder,**

Argojus ex Untersiggenthal, nat. 8. Dec. 1847, simpl. prof. 24. Maj. 1870, sol. prof. 25. Maj. 1873, sac. 20. Sept. 1873.

71. **R. P. Carolus Kuehne,**

Sangallensis ex Benken, nat. 4. Oct. 1850, simpl. prof. 24. Maj. 1870, sol. prof. 25. Maj. 1873, sac. 29. Aug. 1875.

72. **R. P. Placidus Banz,**

Lucernensis ex Hasle, nat. 11. Oct. 1847, simpl. prof. 24. Maj. 1870, sol. prof. 25. Maj. 1873, sac. 20. Sept. 1873.

73. **R. P. Benedictus Litschi,**

Suitensis ex Feusisberg, nat. 10. Maj. 1849, simpl. prof. 8. Sept. 1871, sol. prof. 8. Sept. 1874, sac. 27. Aug. 1876.

74. **R. P. Stephanus Baerlocher,**

Sangallensis ex Thal, nat. 15. Dec. 1850, simpl. prof. 4. Sept. 1872, sol. prof. 5. Sept. 1875, sac. 1. Maj. 1878.

75. **R. P. Laurentius Meier,**

Argojus ex Kleindietwyl, nat. 25. Sept. 1853, simpl. prof. 4. Sept. 1872, sol. prof. 5. Sept. 1875, sac. 1. Maj. 1878.

76. R. P. Columbanus Brugger,

Basileensis ex Basel, nat. 17. Apr. 1855, simpl. prof. 2. Sept. 1873, sol. prof. 3. Sept. 1876, sac. 20. Sept. 1879.

77. R. P. Caelestinus Muff,

Lucernensis ex Emmen, nat. 17. Maj. 1852, simpl. prof. 2. Sept. 1873, sol. prof. 3. Sept. 1876, sac. 1. Maj. 1878.

78. R. P. Eugenius Steiner,

Bernensis ex Liesberg, nat. 5. Maj. 1848, simpl. prof. 6. Sept. 1874, sol. prof. 8. Sept. 1877, sac. 26. Sept. 1875.

79. R. P. Lucas Blattmann,

Tugiensis ex Oberaegeri, nat. 12. Jul. 1854, simpl. prof. 6. Sept. 1874, sol. prof. 8. Sept. 1877, sac. 20. Sept. 1879.

80. R. P. Theodorus Mettler,

Suitensis ex Goldau, nat. 2. Sept. 1854, simpl. prof. 6. Sept. 1874, sol. prof. 8. Sept. 1877, sac. 20. Sept. 1879.

FRATRES CLERICI:

1. Rel. Fr. Basilius Breitenbach,

Argojus ex Kallern, nat. 1. Apr. 1855, simpl. prof. 5. Sept. 1875 sol. prof. 22. Sept. 1878.

2. Rel. Fr. Martinus Gander,

Subsilvanus ex Beckenried, nat. 12. Oct. 1855, simpl. prof. 3. Sept. 1876, sol. prof. 7. Sept. 1879.

3. Rel. Fr. Beda Oser,

Basileensis ex Schoenenbuch, nat. 26. Aug. 1858, simpl. prof. 3. Sept. 1876, sol. prof. 7. Sept. 1879.

4. Rel. Fr. Franciscus Xaverius Schuermann,

Argojus ex Kuensten, nat. 21. Jan. 1853, simpl. prof. 3. Sept. 1876, sol. prof. 7. Sept. 1879.

5. Rel. Fr. Leodegarius Stirnimann,
Lucernensis ex Nottwyl, nat. 4. Dec. 1855, simpl. prof. 3. Sept. 1876, sol. prof. 7. Sept. 1879.

6. Rel. Fr. Gallus D'Aujourd'hui,
Sangallensis ex Berg, nat. 31. Dec. 1855, simpl. prof. 3. Sept. 1876, sol. prof. 7. Sept. 1879.

7. Rel. Fr. Vincentius a Paulo Wehrle,
Sangallensis ex Muolen, nat. 20. Dec. 1855, simpl. prof. 3. Sept. 1876, sol. prof. 7. Sept. 1879.

8. Rel. Fr. Othmarus Helbling,
Sangallensis ex Jona, nat. 20. Aug. 1854, simpl. prof. 4. Sept. 1877.

9. Rel. Fr. Andreas Lautenschlager,
Thurgojus ex Sirnach, nat. 17. Dec. 1856, simpl. prof. 4. Sept. 1877.

10. Rel. Fr. Jacobus Jenni,
Vorarlbergensis ex Blons, nat. 11. Jan. 1856, simpl. prof. 8. Sept. 1879.

11. Rel. Fr. Thomas Aquinas Bossart,
Lucernensis ex Altishofen, nat. 16. Sept. 1858, simpl. prof. 8. Sept. 1879.

12. Rel. Fr. Rupertus Elser,
Thurgojus ex Bischofszell, nat. 14. Maj. 1859, simpl. prof. 8. Sept. 1879.

13. Rel. Fr. Fridolinus Segmueller,
Sangallensis ex Altstaetten, nat. 17. Feb. 1859, simpl. prof. 8. Sept. 1879.

14. Rel. Fr. Matthaeus Saettele,
Badensis ex Doeggingen, nat. 28. Dec. 1857, simpl. prof. 8. Sept. 1879.

15. Rel. Fr. Odilo Ringholz,

Badensis ex Baden-Baden, nat. 23. Aug. 1852, simpl. prof. 8. Sept. 1879.

NOVITII:

1. Adolphus Fluehler,

Subsilvanus ex Stans, nat. 1. Aug. 1859, habitu indutus 5. Sept. 1879.

2. Vincentius Thum,

Sangallensis ex Benken, nat. 5. Jul. 1858, habitu indutus 5. Sept. 1879.

FRATRES CONVERSI:

Professi ante A. D. 1857:	Quatuor,
" *post* " " :	Septendecim,
Novitii :	Tres.

Necrologium inde a 1. Jan. 1869.

Obierunt:

1869,	Dec. 12.	R. P. Placidus Gmeinder,	aet. 75.
1870,	Apr. 16.	Rel. Conv. Othmarus Braegger,	" 60.
1871,	Feb. 23.	R. P. Benedictus Mueller,	" 78.
"	Apr. 5.	" Francisc. Xav. Reichlin,	" 51.
"	Maji 31.	" Udalricus Christen,	" 58.
"	Jul. 13.	" Columbanus Moesch,	" 65.
"	" 19.	" Laurentius Hecht,	" 71.
"	Aug. 17.	" Coelestinus Knoepfler,	" 28.
1872,	Apr. 24.	" Maurus Luetold,	" 60.
"	Jun. 13.	Rel. Conv. Meinradus Hauser,	" 80.
"	Aug. 1.	" Michael Graf,	" 41.
"	Dec. 16.	R. P. Gallus Morel,	" 70.
1874,	Dec. 28.	Revmus D. Henricus IV. Schmid, Abb's,	" 74.
1875,	Mart. 9.	R. P. Thietlandus Brunner,	" 74.
"	Apr. 14.	Rel. Conv. Cuno Strebel,	" 73.
"	Sept. 25.	R. P. Beda O'Connor,	" 50.
1877,	Jul. 13.	" Hieronymus Bachmann,	" 81.
"	Sept. 8.	" Rupertus Roellin,	" 26.

1879, Apr. 17. Revmus D. Casparus II. Willi, Episc. Curiens., aet. 57.
" Jun. 6. R. P. Fridericus Willam, " 65.

Monachi 20 praesunt *Lyceo et Gymnasio* ac 200 circiter juvenes humanitatis et philosophiae studiis instituunt. Alii 6 s. Theologiae pro religiosis domesticis operam navant; nonnulli demum scribendis libris tempus impendunt. —— Praeterea fidelium ad sanctuarium Einsidlense frequenti agmine quotannis *peregrinantium* confessionibus verbique Dei praedicationi assiduam operam praestant.

Exstat in monasterio *bibliotheca* voluminum circ. 40,000, nec non sat amplum veterum manuscriptorum *tabularium.*

Pertinent ad monasterium 9 *parochiae* et 6 *ecclesiae filiales,* 3 *parochiae saeculares* in quibus Abbati competit jus patronatus, 4 *oeconomiae,* 2 *praeposituræ.*

Administrant tanquam confessarii ordinarii tria *monialium monasteria,* videl.: Monasterium O. S. B. in *Augia,* (Au) prope Einsidlam; monasterium O. S. B. in *Fahr,* pagi Argojici; monasterium O. S. B. ad S. Lazarum in Seedorf, pagi Uraniensis. Praeterea ad tempus *alia quatuor monialium monasteria* administrant, scil.: monasterium tertii ordinis S. F. ad S. Ottiliam in *Grimmenstein,* pagi Abbatiscellanei (Appenzell), monialium 36; monasterium O. S. B. in *Glattburg,* pagi Sangallensis, monialium 13; monasterium tertii O. S. F. in *Notkersegg,* pagi Sangallensis, monialium 24; monasterium O. S. D. ad S. Petrum in *Schwyz,* monialium 46.

---

2. ABBATIA B. V. MARIAE
DE MONTE ANGELORUM (ENGELBERG), DIOECESIS ——.

Inscript. epist.: Hochw. Benedictiner Stift, Engelberg, Schweiz.

Monasterium *Angelomontanum* in valle quadam, priscis temporibus valde nemorosa et inculta, Cantonis Subsilvaniae, (Unterwalden) in Helvetia situm, *B. Conradus Nobilis de Seldenburon* fundavit in honorem B. V. Mariae circa annum 1082, et erecti monasterii regimen abbatiale commisit *B. Adelhelmo* eximiae virtutis monacho ex coenobio S. Blasii nigrae silvae in Hercynia accito. Fundatori id singulari fuerat curae, ut coenobium suum magnifice constructum privilegiis variis immunitatibusque dotaret, quas abunde in Bulla confirmationis *Calixti PP. II.* anno 1124, et in Diplomate *Henrici IV.* Imperatoris impetravit.

Firmato sic monasterio insignia nobilitatis suae secularis abjecit, omnibusque bonis suis et possessionibus eidem monasterio donatis, habitum s. religionis a B. Adelhelmo accepit et factus omnium humillimus, fratribus laicis adscribi voluit; sed paulo post ab Abbate defendendae justitiae causa missus a nefario monasterium depredante vasallo occisus illustre martyrium accepit anno 1126.

Jura et privilegia monasterio a variis Summis Pontificibus et Imperatoribus concessa plane multa sunt et praeclara. Monasterium apostolicae Sedi immediate subjectum, Superiorem in ecclesiastico foro praeter Summum Pontificem nullum agnoscit. Abbas omnibus insignibus episcopalibus decoratus omnimoda in suo Dominio seu valle Engelbergensi gaudet jurisdictione et auctoritate absoluta in saeculares sibi subjectos incolas seu vasallos ac etiam in eorum bona mobilia et immobilia; item dignitate Collatoris omnium parochiarum Cantonis Subsilvaniae etc. Insuper monasterio huic incorporata erant 115 oppida, pagi, villae et civitates, ut habetur in Bulla Gregorii IX. de anno 1236; item beneficia plurima parochialia in Tigurinorum, Bernensium, Lucernensium et Suitensium ditione. In foro civili Abbas potestatem habet absolutam, uti plura instrumenta imperialia demonstrant. Vallis Engelbergensis incolae alium dominum seu magistratum non habent nisi solum Abbatem, cui jurejurando annuo sese adstringere tenentur; hinc Abbas, absolutus territorii dominus et judex, penes seipsum habet gladium imperialem, quem juxta baculum pastoralem et mitram in insignibus gerit. Haec et alia jura monasterium a fundatione usque Francorum revolutionis tempus anno 1798 ornabant.

B. Adelhelmo successerunt duo aeque sancti abbates *Frowinus* et *Berchtoldus*, qui sanctitatis et doctrinae laude monasterium illustrantes, *bibliothecam condiderunt* et mirifice ornarunt codicibus tum proprio marte exaratis, tum a Conventualibus descriptis, qui modo in ea asservantur. Trium horum abbatum miraculis clarorum, sicuti et Fundatoris memoria solemni officio quotannis celebratur. Sequentibus duobus saeculis (13. et 14.) non tam opibus quam viris eruditis abundabat Mons Angelicus, quorum tamen nomina passim cum multis codicibus historicis in triplici monasterii incendio perierunt, fidem autem faciunt nobis praeclarissimi manuscripti codices, qui eorundem saeculorum caracterem referunt. Apprime omnes pene abbates trium priorum saeculorum in censum illustrium virorum veniunt, tum quod libris a se scriptis aliis eruditionem fecerint aut codices magna industria describi curarint, tum quod monasterii utilitati in spiritualibus et temporalibus provide et sapien-

ter studuerint, quos inter praecipue claruere: *Henricus I.* et *II.*, *Wernherus*, *Waltherus II.*, *Arnoldus*, *Rudolphus I.* et *II.* et alii, quorum memoria semper in benedictione erit.

Saeculo vero 15. et 16. assiduis Helvetia bellis involuta et reformatione perversa erat, crebrisque ipsorum vasallorum rebellionibus contra monasterii dominium ejus privilegia. jura ac jurisdictio ita diminuta, possessionesque ab intrusis abbatibus vel coenobii advocatis (Kastenvoegte) alienatae aut distractae erant, ut Mons Angelicus passim ad lapsum spectaret. Sed his in temporum injuriis singulari Dei providentia factum, ut *Barnabas Burki*, abbas vero gloriosus tempore reformationis nefariae, regere coeperit, quo viro sane praestantissimo non monasterium tantum, sed tota Helvetia catholica opus habebat. Doctoratus Sorbonensis laurea insignitus per 42 annos maxima cum laude sanctitatisque fama praefuit coenobio et catholicae fidei contra Zwinglium ejusque asseclas nullus in Helvetia acrior sui temporis extitit assertor. Barnaba in coelum evolato anno 1546, monasterium variis iterum infortunis jactatum fuit vicissitudinibus, donec ineunte saeculo decimo septimo *Benedictus Sigrist*, abbas fortissimus manu ferrea et animo invicto, libertates et jura monasterii ab inimicis, possessionesque alienatas restituit et disciplinam monasticam et scientias reflorescere fecit, unde *Restauratoris* laudem optime meruit. Ab ejus praeclaro regimine omnia dehinc in melius evaserunt. Subsequentium enim trium saeculorum abbates fere omnes, praesertim *Ignatius I.*, Magnus dictus, *Gregorius*, *Joachimus*, *Emanuel*, *Leodegarius*, *Placidus III.*, et nunc temporis feliciter regnans *Anselmus I.* inter primos clarissimosque et sapientia et virtute Praesules collocandi sunt, quippe qui per tria pene saecula Montem Angelicum non modo illustrarunt, sed etiam ita reddiderunt celeberrimum, ut etiam adversarii aestimationem suam illis denegare non possint; quod quidem maxime dicendum de felici regimine praesentis illustrissimi Domini Praesulis *Anselmi I.* Villiger, in serie abbatum LII., qui res monasterii ita auxit, omnia provide et sapienter disponendo et gubernando, ut id in avitum florentissimum statum perduxerit et prae omnibus praedecessoribus suis altius elevarit quoad majestatem cultus divini, disciplinam regularem, oeconomiam, scholam et numerum Conventualium. Insuper duo nova coenobia, unum monachorum in America septentrionali anno 1873, alterum monialium in Subsilvanio anno 1863 fundavit. Cum tot tantaque facta loquuntur, quae brevitatis causa enarrari non possunt, meminisse sufficiat, hunc Praesulem et prudentia et meritis inter primos et illustrissimos monas-

terii Montis Angelorum abbates numerandum et aeterna memoria colendum esse.

MONACHI:

Reverendissimus et Amplissimus Dominus,
D. ANSELMUS I. VILLIGER,

Abbas,

in serie Abb. LII., Vice-Praes. Congreg., Visitator 4 Coenobiorum.

Subsylvanus ex Stans, nat. 11. Feb. 1825, prof. 14. Jan. 1844, sac. 18. Sept. 1847, elect. 25. Feb. 1866.

2. Pl. R. P. Maurus Hunkeler,

Prior et Novitiorum Magister,

Lucernensis ex Ettiswyl, nat. 5. Jul. 1838, prof. 17. Nov. 1860, sac. 25. Jul. 1865.

3. Adm. R. P. Ignatius Odermatt,

Subprior et Senior,

Subsylvanus ex Stans, nat. 28. Nov. 1806, prof. 27. Jan. 1828, sac. 23. Maj. 1831.

4. R. P. Conradus Fruontz,

Transsylvanus ex Sarnen, nat. 7. Oct. 1809, prof. 27. Jan. 1828, sac. 29. Apr. 1832.

5. R. P. Adalbertus Vogel,

Transsylvanus ex Engelberg, nat. 18. Nov. 1822, prof. 14. Jan. 1844, sac. 10. Aug. 1847.

6. R. P. Augustinus King,

Argojus ex Au, nat. 17. Jul. 1815, prof. 12. Jan. 1845, sac. 10. Aug. 1847.

7. R. P. Leopoldus Burkhard,

Argojus ex Ruestenschwyl, nat. 2. Mart. 1825, prof. 12. Jan. 1845, sac. 18. Sept. 1847.

8. Pl. R. P. Frowinus Conrad,

Prior Coenobii Conceptionis,
Nodaway Co., Missouri, in America. (*Vide ibi.*)

9. R. P. Berchtoldus Fluri,

Subsylvanus ex Stans, nat. 2. Jul. 1833, prof. 15. Aug. 1853, sac. 8. Mart. 1856.

10. R. P. Henricus Schiffmann,

Lucernensis ex Luzern, nat. 7. Oct. 1839, prof. 13. Apr. 1857, sac. 14. Aug. 1862.

11. R. P. Rudolphus Kenel,

Suitensis ex Arth, nat. 4. Jul. 1839, prof. 13. Apr. 1857, sac. 9. Aug. 1863.

12. R. P. Leodegarius Scherer,

Lucernensis ex Inwyl, nat. 29. Jun. 1840, prof. 11. Nov. 1858, sac. 21. Maj. 1864.

13. R. P. Beda Horat,

Suitensis ex Kuessnacht, nat. 30. Jun. 1837, prof. 10. Aug. 1858, sac. 9. Aug. 1863.

14. R. P. Bernardus Strebel,

Argojus ex Muri, nat. 8. Jul. 1840, prof. 10. Aug. 1859, sac. 14. Aug. 1864.

15. R. P. Gregorius Jacober,

ex Glarus nat. 4. Jun. 1839, prof. 10. Aug. 1859, sac. 14. Aug. 1864.

16. R. P. Fintanus Faeh,

Sangallensis ex Benken, nat. 22. Maj. 1841, prof. 17. Nov. 1860, sac. 25. Jul. 1865.

17. R. P. Nicolaus Frei,

Argojus ex Mellingen, nat. 5. Jul. 1841, prof. 17. Nov. 1860, sac. 7. Aug. 1867.

18. R. P. Martinus Wissmann,

Sangallensis ex Uznach, nat. 14. Oct. 1840, prof. 17. Nov. 1860, sac. 25. Jul. 1865.

19. R. P. Carolus Anderhalden,

Transsylvanus ex Sachseln, nat. 21. Maj. 1842, prof. 17. Nov. 1860, sac. 10. Jun. 1865.

20. R. P. Joannes Bapt. Troxler,

Lucernensis ex Hohenrein, nat. 24. Dec. 1834, prof. 17. Nov. 1860, sac. 28. Jun. 1863.

21. R. P. Eugenius Angele,

Wuerttembergensis ex Berkheim, nat. 14. Maj. 1843, prof. 9. Sept. 1863, sac. 21. Sept. 1868.

22. R. P. Adelhelmus Odermatt,

Subsylvanus, Parochus in Maryville, Missouri, America. (*Vide monasterium de Immacul. Concept., Congreg. Helveto–Americanae.*)

23. R. P. Benedictus Gottwald,

Badensis ex Offenburg, nat. 21. Jan. 1845, prof. 29. Sept. 1866, sac. 3. Maj. 1869.

24. R. P. Josephus Moos,

ex Zug, nat. 13. Dec. 1843, prof. 29. Sept. 1866, sac. 3. Maj. 1869.

25. R. P. Barnabas Held,

Rhaetus ex Zizers, nat. 3. Jan. 1851, prof. 29. Sept. 1872, sac. 25. Mart. 1877.

26. R. P. Emmanuel Wagner,

Subsylvanus ex Stans, nat. 25. Feb. 1853, prof. 29. Sept. 1872, sac. 25. Mart. 1877.

27. R. P. Waltherus Langenegger,

Tugiensis ex Baar, nat. 19. Apr. 1852, prof. 4. Oct. 1874, sac. 25. Mart. 1877.

28. **R. P. Gallus Wettach,**
ex St. Gallen, nat. 10. Mart. 1853, prof. 4. Oct. 1874, sac. 25. Mart. 1877.

FRATRES CLERICI:

1. **Fr. Magnus Sigwart,**
Lucernensis ex Doppelschwand, nat. 24. Maj. 1851, prof. 4. Oct. 1874.

2. **Fr. Anselmus Wachter,**
Wuerttembergensis ex Isni, nat. 22. Apr. 1857, prof. 22. Oct. 1875.

3. **Fr. Wernherus Ruettimann,**
Lucernensis ex Sursee, nat. 16. Apr. 1857, prof. 6. Oct. 1877.

4. **Fr. Basilius Fellmann,**
Lucernensis de Oberkirch, nat. 3. Dec. 1859, prof. 6. Oct. 1877.

5. **Fr. Arnoldus Braendli,**
Sangallensis ex Buetschwyl, nat. 4. Aug. 1859, prof. 23. Sept. 1878.

NOVITIUS:

Fr. Bernardus Regli,
Uraniensis ex Realp, nat. 20. Aug. 1859, indutus ———.

FRATRES CONVERSI:

Professi ante A. D. 1857:	Quatuor.
" *post* " "	Sex.
Novitii:	Duo.

Necrologium a 1. die Jan. 1869.

R. P. Joachimus Brunner,
Lucernensis ex Rothenburg, nat. 4. Maj. 1808, prof. 27. Jan. 1828, sac. 23. Maj. 1831, obiit 29. Jun. 1878.

Obierunt Fratres Conversi: Tres.

Duodecim RR. Patres docendi munere funguntur in *Gymnasio* monasterii, in quo circiter 75 juvenes literarum studiis dant operam. Quae humanitatis studia nec non theologicae disciplinae ut magis magisque floreant, exstat in monasterio *Bibliotheca* satis magna, cujus codices saeculo XII. et XIII. conscripti merito non parvi momenti habentur. Alii Patres *curae animarum* addicti Parochiam vallis administrant; alii denique domesticis officiis occupantur, omnes autem ministerio divino. De iis, qui extra monasterium versantur, *tres* Patres in America septentrionali novi monasterii fundamentis jam positis tempus consumunt et operam; alii duo animarum curae invigilant, unus apud *sacellum B. V. Mariae in Melchthal*, alter ad *fanum Deiparae in Rikenbach*; quatuor in *monialium monasteriis*, Rmi D. Abbatis jurisdictioni subjectis, confessariorum munera procurant. Haec monasteria sunt:

1. *Claustrum ad S. Andream in Sarnen*, in quo 28 moniales, 7 sorores laicae et 2 novitiae sub divi P. N. Benedicti regula Deo sacratam vitam degunt. Ab anno 1866 usque hodie 12 hujus familiae moniales pie obdormierunt in Domino.

2. *Congregatio Sororum tertii ordinis S. P. F. in Maria Rikenbach.* Parochiae Stannensis, ubi 57 feminae religiosae augustissimo altaris Sacramento die noctuque alternantes sacrificium laudis reddunt. In eodem temporis spatio 23 sorores hujus Congregationis ad meliorem vitam transierunt.

3. *Domus religiosa Monialium in Wonnenstein*, ejusque filia.

4. "*Passio Christi*", Dioeceseos Sangallensis, quarum moniales 41 numero habitu Seraphici Patris Francisci gloriantur et regula.

---

3. ABBATIA S. MARTINI

AD MUROS (MURI), DIOEC. BASILEENS., HELV.,

juncto

PRIORATU GRIESENSI

APUD GRIES, DIOEC. TRIDENTINAE, TYROLI.

Inscriptio epist.: Hochw. Benedictiner-Stift, Gries bei Bozen, Tyrol.

Monasterium Murense seu S. Martini ad Muros in Argovia Helvetiae, in Dioecesi quondam Constantiensi modo Basileensi situm A. D. 1027 ab Augustissima *Domo Habsburgica* fundatum est. *Itha* nimirum, filia Friderici Ducis Lotharingiae et uxor *Radebotonis*, Comitis de Habsburg, a quo amplam acceperat dotem, necnon *Wernherus*, episcopus Argentoratensis, quem fundatorem castri

Habsburg dicunt, consilium ceperunt, bona sua, quae in pago Mure in antiquo comitatu Rore possidebant, Deo tradendi monasteriumque construendi, in quo monachi, sub regula S. Benedicti viventes, Deo servirent. Primi hujus coenobii incolae, rogante Radebotone, ex s. eremo B. M. V., seu cella S. Meginradi, venerunt sub praeposito *Reginboldo*, quo mortuo, anno 1055, *Burchardus* primus abbas eligitur. Eo regnante anno 1064 ecclesia, in qua comites de Habsburg usque ad Rudolphi I. matrem sepulturam habebant, ab Episcopo Constantiensi sub invocatione et titulo S. Martini dedicata est. Postulati sunt deinde etiam nonnulli frates e monasterio S. Blasii seu Cella Alba, inter quos eminet Beatus *Luitfridus*, qui postquam utramque rempublicam tam spiritualem, quam temporalem pari industria ac sanctitate rexisset, audita coelesti symphonia in coelum evocatus est prid. Cal. Jan. 1096, unde ejus memoria adhuc in benedictione est et in menologiis celebratur.

Ex abbatibus, qui post ipsum usque ad initia saec. XIV. Murensi familiae praeerant, speciali memoria digni sunt: *Ronzelinus*, sub quo vixit cl. Anonymus Murensis; *Cuno*, qui scholam erexit et bibliothecam multum auxit; *Henricus Schenk*, quo regnante possessiones a comitibus de Habsburg et Kyburg aliisque equitibus et benefactoribus dilatatae sunt; *Henricus de Schoenenwerd*, qui unacum filiis, uxore et filiabus saeculo valedicens sacram monasticen professus est; ipse quidem cum filiis in monasterio Murensi, uxor vero cum filiabus in asceterio monialium O. S. B., quod postea Hermetisvillam milliarem a Muris distantem translatum est.

Omnes isti praeclari viri religiosae perfectionis exemplo Muros illustrarunt suaque humanitate monasterio multos amicos et benefactores conciliarunt. Jam anno 1114 Henricus V., Romanus imperator, monasterium, quod sub advocatia comitum de Habsburg majora semper cepit incrementa, sub speciali protectione imperii constituit, quod plures subsequentes Principes confirmarunt ratumque habuerunt. Pari modo Summi Pontifices Murensem conventum maximis gratiis, privilegiis, exemptionibus et immunitatibus ditarunt, ejusque Abbatibus usum Pontificalium jam Julius II. concessit.

Ast et adversa plura huic domui Dei acciderunt. Iterata incendia a. 1300 et 1363, Muros in cineres redegerunt, bellici turbines religiosae familiae haud exiguum damnum intulerunt. Conradus II. Abbas 1380–1410 de suis optime meritus, quantum potuit jacturas reconcinnavit. Sed nova sub ejus successore Georgio Russinger, qui Concilio Constantiensi interfuit, oriuntur bella Austriacos inter et Helvetos, per quae domus Habsburgica advocationem amisit,

quam dein confoederatio Helvetica obtinuit saepiusque confirmavit. Interea monasterium Congregationi Bursfeldensi sociatum, posteaque etiam cum Cassinensibus duplicato foedere nexum, regulari observantia pulcherrime efflorescebat, donec novi reformatores novi evangelii superseminarunt zizania. Attamen tristibus illis temporibus bellorum monasterium S. Martini licet toties concussum, expugnatum et quasi destructum, in fide catholica semper integrum stetit.

Jure merito ab omnibus *Joannes Jodocus Singisen*, electus a. 1596, uti alter fundator, imo totius Congregationis helveticae a. 1602, erectae restaurator primarius celebratur, qui disciplinam, in duris illis circumstantiis nonnihil relaxatam, restituit, jura per bellorum injurias avulsa recuperavit, Monialium coenobio sapientes leges tulit, studium literarum coluit et aliorum etiam monasteriorum inopiam sublevavit missis ad ea e suo conventu fratribus tum scientia tum morum gravitate insignibus. Huic successit a. 1644 *Dominicus Tschudi*, vir pietate et doctrina illustris ac plurium voluminum praeclarus auctor, qui insuper Muris incomparabilem intulit thesaurum, sacrum scil. corpus gloriosi Martyris Leontii, quod hodiedum a fidelibus propter miracula plurima colitur.

Anno 1701 Augustissimus Imperator Leopoldus I. abbatem *Placidum Zurlauben* ejusque successores S. R. I. Principum albo inseruit, tum ut amplissima ipsius merita digno coronaret honore, tum ut monasterium Murense a gloriosissimis protoparentibus fundatum ceu splendidum eorundem mausoleum augustius exornaret. Huic praesuli, qui totum monasterium novum a fundamentis aedificavit ecclesiamque exornavit, successerunt alii Principes dignissimi, *Geroldus I. Heimb*, *Fridolinus II. Kopp*, scientiarum maxime historiae eximii cultores et fautores. Saec. XVIII. veluti aetas aurea hujus familiae benedictinae considerare potest, ex cujus scholis eo tempore permulti prodierunt sacerdotes aliique celebres viri. Sed jam tristia appropinquant fata. Sub abbate Ambrosio moliri incipiebant in Helvetia interitum monasteriorum, imo si fieri posset catholicae religionis exstinctionem. Agmen duxit gubernium pagi Argoviensis quod prius subdole, et dein publice monasteria vexabat, susceptionem novitiorum interdicens et administrationem bonorum ecclesiasticorum usurpans. Abbas Ambrosius ne totum perderet ad monachos monasterii Engelberg se subduxit, ubi 5. Nov. 1838 pie obiit. Die 5. Dec. ejusdem anni electus est *Adalbertus Regli*, qui jam antea absente abbate qua oeconomus negotia monasterii cum capitulo gesserat. Incredibile dictu est, quot pugnas ipse cum fratribus

contra hostes sustinuit, donec tandem a. 1841 monasterium Murense violenter suppressum ejusque incolae per militem armatum tempore hiemali expulsi et in exilium acti sunt. Adalbertus, abbas quadragesimus sextus cum aliquibus monachis primo Tugium petiit, dum reliqui conventuales variis in locis curae animarum se dederunt vel in aliis coenobiis comiter recepti sunt. Non diu post abbati oblatum est a Subsilvano gubernio collegium Sarnense educandae et instruendae juventuti destinatum, ubi et ipse cum suis manus ludimagistri exercere non fastidivit simulque ad defendenda vel recuperanda jura propria et reliquarum familiarum religiosarum omnem curam atque operam contulit, usque dum ex insigni munificentia inclyti *Ferdinandi I.*, Austriae Imperatoris in monasterio *Gries* prope Bulsanum in Tyroli "novum domicilium Ordini ipsi ad sedes praeberetur, quo in adversis Helvetiae rebus confugere possit" (Ex Brevi Gregorii PP. XVI. d. d. 6. Sept. 1844). Monasterium nimirum Griesense, quod usque ad annum 1807 Canonicorum Lateranensium S. Augustini, et postea derelictum erat, tam a Sede Apostolica quam a Gubernio Austriaco monachis S. Benedicti traditum est tanquam Prioratus adnexus principali monasterio Murensi ita, ut monasterium Griesense Congregationi Helveto-benedictinae unitum maneat. Praeest adhuc huic monasterio Muro-Griesensi, quod divina gratia adjutum floret et crescit, Revmus *Adaldertus*, jubilatus in professione religiosa et in sacerdotio pater amantissimus et amatissimus, qui decursu sui regiminis 64 novitios ad s. professionem admisit, et licet plures abrepti sint morte (universim 47), tamen in praesens 54 filios habet, qui partim domi studiis et curae animarum vacant, partim parochiis et curatiis monasterio incorporatis praesunt, partim gymnasium et scholam, ut vocant, realem in Sarnae Collegio regunt.

MONACHI:

Reverendissimus et Illustrissimus Dominus,

D. ADALBERTUS REGLI,

Abbas,

Ordine numerico Abbas 46., Prior in Gries, Consiliarius ecclesiasticus Dioec. Tridentinae, Examinator pro approbatione confessariorum, Jubilatus professione et sacerdotio,

Helvetus ab Ursern, nat. 13. Nov. 1800, prof. 9. Maji 1819, sac. 18. Dec. 1824, elect. 5. Dec. 1838, benedictus 23. Dec. 1838.

2. Pl. Rev. D. Bonaventura Foffa,

Decanus,

Helvetus ex Muenster Rhaetiae, nat. 24. Aug. 1828, prof. 16. Sept. 1849, sac. 31. Aug. 1851.

3. Adm. R. D. Franciscus Xav. Oberrauch,

Tirolensis a Gries, nat. 9. Jan. [illegible]3, prof. 16. Nov. 1856, sac. 5. Jun. 1841.

4. R. P. Gregorius Meng,

Jubilatus, Helvetus a Gipf, nat. 28. Nov. 1800, prof. 19. Maji 1819, sac. 18. Dec. 1824.

5. R. P. Maurus Koepflin,

Jubilatus, Helvetus a Sins, nat. 24. Nov. 1801, prof. 27. Dec. 1820, sac. 24. Aug. 1825.

6. R. P. Augustinus Grueniger,

Superior Collegii Sarnensis,

Helvetus ab Altendorf, nat. 12. Dec. 1824, prof. 8. Jun. 1848, sac. 24. Mart. 1849.

7. R. P. Martinus Kiem,

Tirolensis ab Algund, nat. 8. Feb. 1829, prof. 16. Sept. 1849, sac. 15. Feb. 1852.

8. R. P. Franciscus Sal. Perwanger,

Tirolensis a Kaltern, nat. 22. Jun. 1809, prof. 14. Sept. 1851, sac. 6. Jul. 1834.

9. R. P. Ambrosius Steinegger,

Tirolensis a Platzers, nat. 25. April. 1833, prof. 30. April. 1854. sac. 6. Jul. 1856.

10. R. P. Beda Schuster,

Tirolensis a Meran, nat. 14. Feb. 1826, prof. 30. April. 1854, sac. 5. Jun. 1854.

11. **R. P. Josephus Schnitzer,**

Tirolensis a Tirol, nat. 25. Jun. 1832, prof. 8. Dec. 1854, sac. 17. Feb. 1856.

12. **R. P. Pirminius Gruber,**

Tirolensis ab Ulten, nat. 20. Nov. 1833, prof. 8. Dec. 1854, sac. 23. Nov. 1856.

13. **R. P. Leonardus Irschara,**

Tirolensis ab Abtei, nat. 2. Oct. 1834, prof. 8. Dec. 1855, sac. 11. Oct. 1857.

14. **R. P. Ildephonsus Lamprecht,**

Tirolensis a Tirol, nat. 22. Oct. 1835, prof. 8. Dec. 1855, sac. 31. Oct. 1858.

15. **R. P. Henricus Blaas,**

Tirolensis a Graun, nat. 15. April. 1833, prof. 8. Dec. 1855, sac. 11. Oct. 1857.

16. **R. P. Joannes Bapt. Ortler,**

Tirolensis a Stilfs, nat. 30. Sept. 1836, sol. prof. 8. Dec. 1857, sac. 11. Mart. 1860.

17. **R. P. Bonifacius Unterholzner,**

Tirolensis ab Ulten, nat. 6. Dec. 1833, sol. prof. 8. Dec. 1857, sac. 10. Jul. 1859.

18. **R. P. Adalbertus Marzari,**

Tirolensis a Brixen, nat. 6. Dec. 1837, sol. prof. 8. Dec. 1857, sac. 22. Dec. 1860.

19. **R. P. Vigilius Perathoner,**

Tirolensis a Bruneck, nat. 6. Jun. 1839, simpl. prof. 24. Dec. 1858, sol. prof. 24. Dec. 1861, sac. 25. Jul. 1862.

20. **R. P. Joannes Sigrist,**

Helvetus a Sarnen, nat. 6. April. 1840, simpl. prof. 27. Dec. 1859, sol. prof. 27. Dec. 1862, sac. 1. Maji 1863.

21. R. P. Luitfridus Spielmann,

Tirolensis ex Landeck, nat. 27. Aug. 1841, simpl. prof. 7. Dec. 1860, sol. prof. 7. Dec. 1863, sac. 9. Oct. 1864.

22. R. P. Meinradus Ohrwalder,

Tirolensis ex Lana, nat. 11. Sept. 1834, simpl. prof. 7. Dec. 1861, sol. prof. 7. Dec. 1864, sac. 25. Jul. 1862.

23. R. P. Ignatius Loyola Keusch,

Helvetus a Boswyl, nat. 19. Mart. 1837. simpl. prof. 7. Dec. 1861, sol. prof. 7. Dec. 1864, sac. 25. Jul. 1862.

24. R. P. Othmarus Thomaset,

Tirolensis a Gries, nat. 9. Jul. 1841, simpl. prof. 6. Dec. 1862, sol. prof. 6. Dec. 1865, sac. 9. Oct. 1864.

25. R. P. Anselmus Pattis,

Tirolensis a Bozen 2. Nov. 1842, simpl. prof. 6. Dec. 1862, sol. prof. 6. Dec. 1865, sac. 5. Nov. 1865.

26. R. P. Hieronymus Felderer,

Tirolensis a Gries, nat. 13. April. 1840, simpl. prof. 6. Dec. 1862, sol. prof. 6. Dec. 1865, sac. 9. Oct. 1864.

27. R. P. Vincentius Ferr. Gasser,

Tirolensis a Welschellen, nat. 20. Jul. 1840, simpl. prof. 6. Dec. 1862, sol. prof. 6. Dec. 1865, sac. 9. Oct. 1864.

28. R. P. Andreas Kofler,

Tirolensis a Marling, nat. 7. Maji 1820, simpl. prof. 7. Dec. 1863, sol. prof. 7. Dec. 1866, sac. 23. Dec. 1843.

29. R. P. Carolus Prevost,

Helvetus a Muenster Rhaetiae, nat. 2. Aug. 1840, simpl. prof. 7. Dec. 1863, sol. prof. 7. Dec. 1866, sac. 2. Jul. 1865.

30. R. P. Aegidius Gassner,

Tirolensis a Haid, nat. 25. Jun. 1842, simpl. prof. 7. Dec. 1863. sol. prof. 7. Dec. 1866, sac. 2. Jul. 1865.

31. **R. P. Rupertus Keusch,**

Helvetus a Boswyl, 23. Mart. 1845, simpl. prof. 3. Jan. 1868, sol. prof. 3. Jan. 1871, sac. 8. Maji 1870.

32. **R. P. Fintanus Kessler,**

Vorarlbergensis a Tschagguns, nat. 10. Oct. 1847, simpl. prof. 7. Dec. 1868, sol. prof. 7. Dec. 1871, sac. 8. Dec. 1870.

33. **R. P. Gallus Kueng,**

Helvetus a Benken, nat. 3. Sept. 1847, simpl. prof. 7. Dec. 1868, sol. prof. 7. Dec. 1871, sac. 8. Dec.1870.

34. **R. P. Benedictus Prevost,**

Magister Novitiorum,

Helvetus a Muenster Rhaetiae, nat. 12. Mart. 1848, simpl. prof. 21. Nov. 1870, sol. prof. 22. Nov. 1873, sac. 6. Aug. 1871.

35. **R. P. Albertus Bergmayer,**

Carinthus a Klagenfurt, nat. 13. Aug. 1847, simpl. prof. 15. Dec. 1871, sol. prof. 15. Dec. 1874, sac. 8. Maji 1874.

36. **R. P. Philippus Staubli,**

Helvetus a Muri, nat. 5. Mart. 1852, simpl. prof. 15. Dec. 1871, sol. prof. 15. Dec. 1874, sac. 18. Jul. 1875.

37. **R. P. Bernardus Maria Lierheimer, S. T. D.,**

Bavarus ab Eichstaedt, nat. 1. Dec. 1826, simpl. prof. 29. Sept. 1872, sol. prof. 29. Sept. 1875, sac. 21. Dec. 1850.

38. **R. P. Leodegarius Ammann,**

Helvetus a Buenzen, nat. 11. Nov. 1851, simpl. prof. 29. Sept. 1872, sol. prof. 29. Sept. 1875, sac. 18. Jul. 1875.

39. **R. P. Nicolaus de Fluee Vogt,**

Helvetus ab Allschwyl, nat. 30. Oct. 1854, simpl. prof. 21. Nov. 1873, sol. prof. 22. Nov. 1876, sac. 23. Dec. 1877.

40. R. P. Leontius Meier,

Helvetus a Birri, nat. 5. April. 1853, simpl. prof. 21. Nov. 1873, sol. prof. 22. Nov. 1876, sac. 23. Dec. 1876.

41. R. P. Pius Mauchle,

Helvetus a Gossau, nat. 22. Nov. 1854, simpl. prof. 12. Dec. 1875, sol. prof. 12. Dec. 1878, sac. 23. Dec. 1877.

42. R. P. Dominicus Faeh,

Helvetus a Benken, nat. 1. Oct. 1854, simpl. prof. 12. Dec. 1875, sol. prof. 12. Dec. 1878, sac. 23. Dec. 1877.

43. V. Fr. Clemens Fischer,

Helvetus a Dagmersellen, nat. 25. Jul. 1856, simpl. prof. 12. Dec. 1875, sol. prof. 12. Dec. 1878, diaconus 22. Dec. 1878.

44. V. Fr. Gulielmus Krummenacher,

Helvetus a Schuepfheim, nat. 26. Feb. 1856, simpl. prof. 21. Nov. 1877, acolythus 30. Nov. 1877.

45. V. Fr. Leo Fischer,

Austriacus a Voesslau, nat. 25. Jun. 1855, simpl. prof. 13. Nov. 1878, acolythus 30. Nov. 1878.

Fr. Casparus Riegert,

Helvetus ab Udlingenschwyl, nat. 2. Nov. 1857, *Novitius*, indutus 11. Nov. 1878.

Fratres conversi: Decem professi.
Unus Novitius.

Bibliotheca Murensis perdita, ad fiscum relata, constabat voll. 30,000; Griesensis numerat volumina 11,000.

PAROCHIAE

quatuor incorporatae sunt monasterio Griesensi, scil.:
1. *Gries*, cum monachis 2, animabus 2121;
2. *S. Genesii*, cum monachis 3, animabus 838;
3. *Marling*, cum monachis 3, animabus 1693;
4. *B. V. M. in Silva*, seu *Senale* cum monachis 2, animabus 390.

In parochiis variis olim in Helvetia monasterio Murensi incorporatis in praesenti tres tantum monachi curam animarum exercent.

Schola philosophica et theologica pro clericis monasterii in ipso Prioratu Griesensi; *Gymnasium* et schola *realis* Sarnae cum professoribus monachis 11, discipulis 140, quorum 94 in convictu.

Necrologium.

Obierunt:

1869,	24. Maji	R. P.	Benedictus Waltenspuel,	aet. a.	61,	prof.	39.
1870,	18. Jan.	" "	Pius Wismer,	" "	81,	"	59.
"	18. Nov.	" "	Nicolaus de Fluee Kopp,	" "	73,	"	54.
1871,	28. Mart.	" "	Leodegarius Kretz,	" "	66,	"	44.
"	15. Nov.	" "	Bernardus Lueond,	" "	80,	"	61.
1872,	9. Jun.	" "	Leopoldus Widmer,	" "	48,	"	17.
1873,	8. Mart.	" "	Reginboldus Reymann,	" "	81,	"	60.
"	8. Maji	" "	Ferdinandus Vogl,	" "	64,	"	25.
"	7. Aug.	" "	Athanasius de Kempter,	" "	32,	"	12.
"	2. Nov.	V. Fr. Conv.	Leontius Flueglistaller,		66,	"	43.
1874,	16. Nov.	R. P.	Geroldus Z'wyssig,	aet. an.	68,	"	50.
"	1. Dec.	" "	Pius Oberlechner,	" "	25,	"	5.
1875,	2. Jan.	" "	Dominicus Tschudi,	" "	70,	"	48.
"	13. Jul.	" "	Paulus Obwexer,	" "	48,	"	6.
"	17. Aug.	" "	Alphonsus M. Kirchlechner,	"	66,	"	26.
1877,	20. Aug.	" "	Placidus Wassmer,	" "	51,	"	25.
1878,	19. Feb.	" "	Basilius Tschofen,	" "	60,	"	29.
"	4. Aug.	" "	Beatus Hohenegger,	" "	38,	"	16.

4. ABBATIA S. VINCENTII, LEV. ET MART., AD PETRAM B. V. M. (MARIASTEIN), DIOEC. BASILEENS.

Inscript. epist.: (*erat*) Hochw. Benedictiner-Stift Mariastein, Solothurn, Schweiz.
(*est*) libre école de St. Benoit, Delle, France.

Monasterium Beinwylense ad Petram B. V. Mariae, in Dioecesi Basileensi ac ditione Solodorensi in Helvetia situm et nuperrime a gubernio Solodorensi suppressum, circa annum 1085 ab illustrissimis comitibus de Fereto aliisque nobilibus viris ejusdem regionis sub invocatione S. Vincentii, Levitae et Martyris, fundatum est. Primi incolae fuerunt *Ven. Esso* cum octo monachis, ex monasterio Hirsaugiensi vocatis. Nova colonia benedictina mox florere et varia eaque maxima bona in populos vicinos effundere coepit. Sed eheu! quum loco valde incommodo in confinibus Helvetiae, Germaniae ac Galliae prope Basileam situm esset, monasterium Beinwylense post breve pacis tranquillitatisque tempus belli calamitates experiri coactum est (annis 1445, 1499, 1529). Et post ultimam hanc calamitatem Beinwyla ita prostrata jacebat, ut magistratus Solodorensis, ad quem, extincta illustrissima comitum de Thierstein familia, jus patronatus pervenerat, abbatiam Beinwylensem partim per religiosos ex celeberrimis Einsidlensi, S. Urbani, et Rhenoviensi coenobiis petitos, partim per canonicos Solodorenses administrare fecerit. Nonnisi anno 1633 nova familia monastica sibi iterum abbatem ex gremio electum dare potuit. Abbas *Fintanus Kiefer*, ex urbe Solodoro ortus, vir per omnia magnus et non tantum disciplinae monasticae verum etiam totius monasterii postliminio secundus restaurator veterem Beinwylam inter ruinas sepultam restauravit ac velut ex tumulo suscitavit, dum coenobium a loco obscuro ac prorsus incommodo ad Petram B. V. Mariae, vulgo Mariastein dictum, feliciter transtulit (1648). Hinc Petra Mariana, ad quam per longum jam tempus magna fidelium multitudo confluere consueverat ad colendam B. V. Mariam miraculose in eo loco auxilium praestantem, celeberrima evadere coepit; nam peregrinantes non solum ex Helvetia sed ex omnibus vicinis Galliae et Germaniae regionibus quotannis numerum 60,000 expleverant, et S. Vincentii coenobium regulari disciplina pulcherrime efflorescente his duobus saeculis, 17. scil. et 18., dies suos vidit optimos. Magna gallicana convulsio huic abbatiae etiam dies paravit tristitiae. Anno 1798 territorio helvetico occupato monasterium jam per ali-

quot annos crudeliter a Gallis vexatum, invasum ac devastatum est. Religiosi expulsi in coenobiis germanicis asylum invenerunt. Sed non diu Petra Mariana desolata ac derelicta remansit. Post breve temporis intervallum, anno 1804. compositis in Helvetia belli turbis, dies prosperiores illucescere coeperunt. *Hieronymus II.*, monasterii abbas optime meritus, nulli labori pepercit, ut aedificia monastica simul cum bonis venditis iterum recuperaret et religiosos per totam Germaniam dispersos, recolligeret. Cum quibus ad tempus in domu habitans domesticorum monasterio adjacens inprimis oblatam B. V. Mariae imaginem, non sine miraculo conservatam, restituit, divina officia celebranda curavit, scholam novam puerorum creavit et mediis in laboribus senex angelicus obdormivit. Successor ejusdem, *Placidus I.*, regularem disciplinam ex integro restituit et aedificia omnia cum ecclesia restauravit. Mox pristinus splendor rediit et locus profanatus iterum Dei servitio restitutus est. Multitudo peregrinantium ad Deiparae Virginis fanum in dies crevit, ita ut ultimis his annis numerum 100,000 excederet. Auri fames tandem post innumeras vexationes, quas gubernium Solodorense per 40 et amplius annos injustissime exercuerat, huic piae fundationi cruentissimam suppressionem et spoliationem temporalem intulit. Misericordia autem Domini et insigni B. V. M. tutela factum est, ut congregatio monachorum suam spiritualem et ecclesiasticam vitam existentiamque salvare potuerit. Abbas enim et omnis concors fratrum congregatio a Summo Pontifice Pio IX. s. m., sub die 8. Januarii 1875 obtinuerunt declarationem quae illaesam integritatem corporationis monasticae etiam post suppressionem temporalem recognovit et quoad temporalia Abbati et omnibus conventualibus tales exceptiones et dispensationes accomodavit, ut existentiam suam salvare et institutum ad posteros pleno juri transmittere possent. — Transactis porro tristissimis diebus, quibus separatio communitatis a loco sancto in Mariastein praeparabatur, ordinatione Abbatis nonnulli religiosorum in certis locis, sive ad Petram, sive in Parochiis dispositi remanserunt. Reliqui die 17. Martii 1875 cum Abbate et Novitiis e placidissima Sede aperta vi expulsi, post paucos dies asylum invenerunt in *Delle*, Galliae urbe, a magistratu populoque benigne suscepti. Aedificia necessaria mox comparata et de novo constructa eodem adhuc anno *schola* cum 50 discipulis congregata, clausura monastica jam 1876 introducta, novitii ad s. professionem suscepti aliique ad novitiatum admissi sunt. Per augmentationem aedificiorum numerus discipulorum in schola jam anno 1878 ad 80 accrevit divinis officiis usque

modo desideratus splendor in ecclesia, a domo seperata, reddi et talis ordo diei introduci potuit, ut necessaria ad vitam monasticam secundum regulam S. P. Benedicti rite exsequendam non amplius deesse videantur, quamvis monasterii integra restauratio a sua perfectione adhuc multum distet.

MONACHI:

Reverendissimus et Amplissimus Dominus
CAROLUS II. MOTSCHI,
Abbas,
in serie Abbatum XII., nat. 29. Mart. 1827, prof. 14. Dec. 1851, sac. 11. Jan. 1852, electus 13. Mart. 1873, benedictus 16. Mart. 1873.

2. Pl. R. P. Vincentius Motschi,
Prior,
Solodoranus ex Oberbuchsiten, nat. 17. April. 1839, simpl. prof. 27. Mart. 1859, sol. prof. 30. Mart. 1862, sac. 30. Oct. 1864.

3. R. P. Augustinus Grossheutschi,
Solodoranus ex Hofstetten, nat. 2. Aug. 1816, prof. 22. Maji 1842, sac. 9. Oct. 1842.

4. R. P. Adalbertus Stoecklin,
Solodorans ex Hofstetten, nat. 14. Mart. 1816, prof. 22. Maji 1842, sac. 9. Oct. 1842.

5. R. P. Bonifacius Mueller,
Solodoranus ex Olten, nat. 26. April. 1819, prof. 23. Jun. 1844, sac. 17. Maji 1845.

6. R. P. Ambrosius Busam,
Badensis ex Rammersweier, nat. 28. Aug. 1836, simpl. prof. 8. Dec. 1859, sol. prof. 14. Dec. 1862, sac. 19. Feb. 1865.

7. R. P. Bernardus Kuery,
Solodoranus ex Hofstetten, nat. 24. Nov. 1841, simpl. prof. 8. Dec. 1859, sol. prof. 14. Dec. 1862, sac. 10. Jun. 1865.

8. R. P. Franciscus Sal. Zimmermann,

Badensis ex Heitersheim, nat. 27. Jan. 1843, simpl. prof. 15. Feb. 1863, sol. prof. 2. April. 1866, sac. 15. Dec. 1867.

9. R. P. Alphonsus Studer,

Solodoranus ex Niederbuchsiten, nat. 3. Oct. 1845, simpl. prof. 17. Nov. 1862, sol. prof. 2. April. 1866, sac. 14. Apr. 1868.

10. R. P. Basilius Linz,

Solodoranus ex Buesserach, nat. 24. Mart. 1841, simpl. prof. 13. Nov. 1863, sol. prof. 18. Nov. 1866, sac. 23. Dec. 1866.

11. R. P. Petrus Coelestinus Weisbeck,

Alsata ex Leimen, nat. 18. Nov. 1847, simpl. prof. 17. Nov. 1865, sol. prof. 29. Nov. 1868, sac. 21. Jul. 1870.

12. R. P. Gregorius Saner,

Solodoranus ex Buesserach, nat. 16. Nov. 1844, simpl. prof. 30. Oct. 1866, sol. prof. 1. Nov. 1869, sac. 24. Feb. 1870.

13. R. P. Athanasius Strub,

Solodoranus ex Dulliken, nat. 16. Jan. 1845, simpl. prof. 30. Oct. 1866, sol. prof. 1. Nov. 1869, sac. 24. Feb. 1870.

14. R. P. Ludovicus Fashauer,

Alsata ex Feldbach, nat. 24. Mart. 1850, simpl. prof. 28. Oct. 1867, sol. prof. 1. Nov. 1870, sac. 10. Aug. 1872.

15. R. P. Henricus Huerbi,

Solodoranus ex Kienberg, nat. 7. Oct. 1849, simpl. prof. 28. Oct. 1867, sol. prof. 1. Nov. 1870, sac. 23. Jun. 1872.

16. R. P. Beda Koch,

Argojus ex Buettikon, nat. 3. Apr. 1843, simpl. prof. 30. Maj. 1871, sol. prof. 31. Maj. 1874, sac. 20. Aug. 1874.

17. R. P. Placidus Hueglin,

Bernensis ex Brislach, nat. 26. Dec. 1849, simpl. prof. 30. Oct. 1871, sol. prof. 26. Oct. 1879, sac. 20. Aug. 1876.

18. **R. P. Hieronymus Studer,**

Solodoranus ex Breitenbach, nat. 10. Maj. 1851, simpl. prof. 30. Oct. 1871, sol. prof. 26. Sept. 1879, sac. 20. Aug. 1876.

19. **R. P. Leo Thuering,**

Basileensis ex Ettingen, nat. 16. Nov. 1852, simpl. prof. 5. Oct. 1873, sol. prof. 26. Sept. 1879, sac. 4. Nov. 1877.

20. **R. P. Pius Jermann,**

Bernensis ex Dittingen, nat. 28. Jan. 1852, simpl. prof. 5. Oct. 1873, sac. 4. Nov. 1877.

FRATRES CLERICI:

1. **Fr. Benedictus Haeusler,**

Tugiensis ex Unteraegeri, nat. 26. Maj. 1852, simpl. prof. 5. Oct. 1877.

2. **Fr. Leodegarius Sidler,**

Lucernensis ex Inwyl, nat. 21. Oct. 1850, simpl. prof. 5. Oct. 1873, sol. prof. 26. Sept. 1879.

NOVITIUS:

Fr. Paulus Haaby,

Alsata ex Blotzheim, nat. 28. Jun. 1858, indutus ——.

FRATRES CONVERSI:

Professi: Duo.
Novitius: Unus.

Bibliotheca monasterii 20,000 voll. continens cum *archivio*, seu tabulario Solodorum translata ibique in loco separato reposita est. Libri, quos monachi exules in Delle de praesenti possident, 4,000 circiter numerum attingunt.

In *schola libera* 80 discipuli omnibus disciplinis liberalibus praeter philosophiam instruuntur.

PAROCHIAE,

quas monachi administrant, sunt *octo*, in Dioecesi Basileensi sitae, quarum 7 ad pagum Solodorensem, 1 ad pagum Lucernensem pertinent.

Beinwyl, cum animabus 400; adest schola primaria.
Breitenbach cum hamis Fehren et Schindelboden, cum animabus 700; adsunt 2 scholae primariae, 1 secundaria.
Buesserach, cum animabus 800; adest schola primaria.
Erschwyl, cum " 500; adest schola primaria.
Hofstetten, cum hamo Fluehen, cum animabus 980; adsunt 2 scholae primariae, 1 secundaria.
Metzerlen, cum animabus 550; adest schola primaria.
St. Pantaleon, cum pago Nuglar, cum animabus 750.
Schongau, cum animabus 1200; adest schola primaria duplex.

INSTITUTA ALIA,

quae a Conventualibus de Mariastein in spiritualibus administrantur, sunt:

In Delle: 1. Conventus sororum tertii O. S. D., cum sororibus 17, adest schola secundaria pro puellis.
2. Xenodochium seu hospitale, cum sororibus 5 de Congreg. S. Vincentii a Paulo, continens 40 lectisternia.
3. Orphelinatum, cum sororibus 13 de Congreg. S. Joseph de S. Marco, de praesenti numerans 12 filias pauperes.

In Tugiensi ditione, dioec. Basileensi: Conventus tertii O. S. F., dictus Maria-Hilf auf dem Gubel, cum sororibus 60, quae *perpetuae SS. Sacramenti adorationi* invigilant.

Necrologium inde a 1. Jan. 1866.

1867, 21. Feb.	Revmus D. Carolus I. Schmid, aet. 72. prof. 54, sac. 48, regiminis 17.			
1868, 28. Maji	R. P. Beda Gschwind,	aet. 60,	prof. 40,	sac. 36.
1870, 7. Jan.	" Pius Munzinger,	" 65,	" 48,	" 42.
1871, 14. Dec.	" Ildephonsus Mueller,	62,	" 43,	" 38.
1872, 26. Mart.	" Fintanus ab Hirth,	" 62,	" 44,	" 38.
1873, 21. Feb.	Revmus D. Leo I. Stoecklin, Abbas, aet. 70, prof. 51, sac. 46, regiminis 6.			
1874, 18. Jul.	Rel. Fr. Conv. Petrus Meister,	aet. 53,	prof. 8.	
" 4. Dec.	" Laurent. Altenbach,	" 78,	" 52.	
1875, 23. "	" Casim. Nussbaumer,	" 76,	" 54.	
1876, 27. Maji	R. P. Maurus Stehlin,	aet. 65,	prof. 36,	sac. 34.

1879, 13. April. Rel. Fr. Conv. Jos. Allemann, aet. 89, prof. 61.
" 9. Sept. R. P. Aemilianus Gyr, aet. 72, prof. 53. sac. 48.

5. ABBATIA B. V. M., MATRIS MISERICORD., DESERTINAE (DISENTIS), DIOEC. CURIENSIS.

Inscriptio epist. : Hochw. Benedictiner-Stift zu Disentis, Schweiz.

Monasterium Desertinense B. V. M., Matris Misericordiae ad S. Martinum in superiori Rhaetia (vulgo Disentis, rhaetice Muster) conditum a SS. Placido et Sigiberto anno 614, ut fert traditio Desertinensis, verius tamen jam anno 612, ut dicit Mabillonius. Destructum ab Avaris, anno 670, qui unacum beato Adalberone, secundo abbate, 30 monachos martyrio affecerunt, iterum restitui coeptum a Carolo Martello nec non a Pirminio Episcopo et abbate, anno 711, perficitur a S. Ursicino postmodum Curiensi Episcopo. Tello ejus successor in abbatiali et episcopali dignitate, magnus exstitit Desertinae benefactor ac insigne Desertinae Curiaeque ornamentum, cujus ope ecclesia cathedralis Curiensis fundata perhibetur. — Carolus magnus nuper imperator coronatus, Roma in Germaniam rediens, Desertinam venit ibique inter alia ecclesiam in honorem S. Placidi fundavit in eodem loco, ubi adhuc ejusdem Sancti ecclesia visitur. — A saeculo IX. ad saeculum XI. a Desertina monasteriola Curwaldense nec non Misteil prope Tiefenkasten ad Albulam fluvium situm fundata esse videntur, quorum posterius usque ad saeculum XVI. unica exstitit ecclesia parochialis pro universo sic dicto territorio Oberhalbstein, vel ut Rhaeti distinguunt *Solses et Surses*. Udalricus I. (1031-1055) primus fuit princeps S. Imperii. Udalricus II. (1083–1089), antea abbas Murensis, postmodum episcopus Curiensis in prima sacra expeditione pro recuperanda terra sancta fuisse videtur. S. Adelgottus II., episcopus Curiensis, etiam fuit abbas Desertinensis ac Desertinae inhumari voluit. — Waltherus abbas factus est episcopus Gurkensis in Austria (1213). — Abbas Petrus a Ponteningen auctor fuit foederis Grisei (des grauen Bundes) icti in Torunte (Truns) die 14. Mart. 1424. — Abbas Joannes VI. a Schoenegg Rhaetis auctor fuit, ut tres ligas in unam rem publicam conflarent, quod factum est Vazeroli prope Tiefenkasten die 21. Mart. 1471. — Abbas Christianus a Castelberg (1566 — 1584) de monasterio optime meritus, superiorem quoque Rhaeti-

am, sic dictam ditionem Desertinensem (Hochgericht Disentis) a defectione ab Ecclesia catholica praeservavit, sub quo etiam S. Carolus Borromaeus Desertinam venit, an. 1581. — Desertina membrum fit Congregationis Helveto-Benedictinae anno 1617. Varii ab hac epocha Desertinae floruere scriptores. — A Gallis irruentibus igne consumitur 1799, iterum restituitur praecipue curante Abbate Anselmo I. Huonder, cognomento Magni, ultimo S. R. Imperii principe. — Saeculo currente partim temporis iniquitate, partim gravibus casuum infortuniis, atque imprimis deploranda religiosae disciplinae enervatione ad talem dolapsa est statum, ut de ipsius restauratione vix non sit desperatum. Revmus D. Paulus Birker, a Senthofen, Bav., designatus Abbas 1861, antea Abbas S. Bonifacii, Monachii, abdicata abbatia, Monachium rediit.

MONACHI:

Adm. R. P. Placidus Tenner,

Prior,

a Disentis, nat. 1813, prof. 1833.

R. P. Basilius Carigiet,

a Disentis, nat. 1811, prof. 1830.

R. P. Joseph Thaler,

a Tyroli, nat. 1802, prof. 1830.

R. P. Augustinus Schuler,

a Danis, nat. 1817, prof. 1839.

Frater conversus: Unus.

---

6. MONASTERIUM B. V. MARIAE, RHENAUGIENSIS (RHEINAU, HELV.,) DIOEC. ——.

Monasterium hoc fundatum est anno 778. ——.

Novitiorum receptione jamdiu a gubernio Tigurino interdicta, monasterium summa injuria suppressum est die 12. Aprilis 1862.

Monachi nefasto illo decreto a placida sua sede exturbati variis in locis, quamdiu valuerunt, curae animarum incubuerunt, et praesente adhuc tempore adm. R. P. Fridolinus, Prior, congregationi Virginum religiosarum in Ostringen, Ducatu Badensi, pia atque indefessa sedulitate praeest.

MONACHI:

Adm. R. P. Fridolinus Waltenspuel,

Prior,

ab Egg Helvetiae, nat. 25. Jul. 1803, prof. 15. Nov. 1821.

2. R. P. Basilius Meierfisch,

a Kaiserstuhl Helv., not. 29. Jan. 1808, prof. 8. Sept. 1828.

3. R. P. Ambrosius Widmer,

a Kaiserstuhl Helv., nat. 8. Aug. 1807, prof. 15. Nov. 1829,

Fratres conversi: Duo.

Necrologium ab anno 1868.

Obierunt:	1868,	R. P. Geroldus Meier,	aet. 78.
	"	" Benedictus Roesler,	aet. 63.
	1871,	" Maurus Hensler,	aet. 75.
	1874,	" Pirminius Wipf,	aet. 76.
	1876,	Revmus. D. Leodegarius, Abbas LXII.	aet. 66.
	1877,	R. P. Pius Barmettler,	aet. 86.

ENUMERATIO

totius Congregationis:

Abbates	5.	Monasteria	7.
Sacerdotes	177.	*Administrantur a monachis*	
Ex quibus jubilati	9.	Ecclesiae (paroch. et fil.)	31.
Fratres clerici	25.	Scholae majores	5.
Fratres novitii	5.	Cum alumnis ca.	400.
Conversi professi	46.	Scholae minores ca.	15.
Novitii	7.	Monialium conventus	15.

Obierunt inde ab 1866.

Sacerdotes	48.	Conversi	12.

CONGREGATIO

BENEDICTINO-BAVARICA

SUB TITULO SANCTORUM ANGELORUM CUSTODUM,

AB INNOCENTIO, PP. XI. A. D. 1684 ERECTA,

duodeviginti complectens monasteria,

A PIO, PP. IX. S. M., A. D. 1858 INSTAURATA,

quinque constans monasteriis:

1. S. Michaelis, Mettenae,
2. S. Mariae Assumptae, Schyrae,
3. S. Bonifacii, Monachii,
4. S. Georgii, Weltenburgi,
5. S. Dionysii apud Scheftlarn.

CONGREGATIONIS BENEDICTINO-BAVARICAE
PRAESES:
Reverendissimus et Illustrissimus
D. D. RUPERTUS MUTZL,
Abbas Schyrensis.

1. ABBATIA S. MICHAELIS, ARCHANG., METTENAE, DIOECESIS RATISBONENSIS.

Inscriptio epistolarum: Hochw. Benedictiner-Stift, Metten, Baiern.

Hoc monasterium ab imperatore Carolo Magno exeunte saeculo octavo fundatum abbatem primum habuit B. Uttonem, cujus adhuc exstat pedum ex urbe Roma allatum.

Saeculo decimo Mettena Ugrorum, saevissimae gentis, incursionibus obnoxia paene periit; anno 1236 aedificia incendio ad unum omnia sunt deleta. A saeculo quarto decimo usque ad septimum decimum abbates Mettenenses plerique ex aliis monasteriis non postulari non poterant. In his numerantur laudibusque efferuntur *Petrus I.* (ob. 1427), quo abbate Mettena floruit in arte calligraphica (duo codices praestantissimi hinc exorti in bibliotheca regia Monacensi adhuc servantur) et *Joannes Nablas* (ob. 1628), qui omnium abbatum Mettenensium praeclarissimus esse videtur. Hic nihil praetermittebat, quin disciplinam religiosam reficeret, qua monasterium saeculo quinto decimo per longiora tempora destitutum fuisse dolemus; maximoque ardore suffragatus est erigendae Congregationi Benedictino-Bavaricae, quod opus perficere jam illo tempore multi desiderabant. Qua in re successores ab ejus sententia adeo discrepabant, ut animo a congregatione, a. 1684 tandem erecta, semper essent alieno. Inter omnes posterioris temporis abbates *Romanus II.* (1706–1729) excelluit, cui cognomen restitutoris disciplinae et oeconomiae inditum est; quae nunc est ecclesia claustralis, eam ipse construxit. Ex funestissima illa tempestate, qua 1803 omnia Germaniae monasteria extra monarchiam Austriacam deleta sunt, Mettena non evasit incolumis; agri, aedificia ven-



Kloster Metten

ditata, bibliotheca dilapidata, in omnes partes dispersi conventuales, qui tunc erant numero 23. D. Coelestinus Stoeckl, abbatum serie duodeoctogesimus, non diu calamitati illi supervixit: casu sui monasterii fractus obiit Mettenae anno 1807.

Monasterium per tria fere decennia desertum resurrexit 1830. Initia monasterii restaurata posuerunt P. Ildephonsus Nebauer Andecensis et P. Romanus Raith Mettenensis quondam conventualis, qui abdicatis omnibus rebus habitum S. Benedicti resumere non dubitarunt. Incredibile, quos labores quantasque aerumnas hi duo viri animo nunquam fracto subierint. Neque spes eos fefellit: crevit nova plantatio convaluitque praesertim cum haud pauci presbyteri saeculares per quartum nostri saeculi decennium paulatim ingressi et sacram professi regulam bonorum operum odore passim sparso potentissimorum gratiam familiae Benedictinae conciliassent. Quo in numero maxime est laudandus Ludovicus I. Bavariae rex, ordinis nostri fautor generosissimus ac patronus.

Anno 1840, cum sat magnus patrum conventualium numerus existeret, Mettena in abbatiam evecta primum abbatem habuit P. Gregorium Scherr, tum monasterii priorem, quo gubernacula sapienter tractante opus decem annis ante inchoatum mire processit et propagatum est. Cum jam monasterium Schyrense a Ludovico rege an. 1838 monachis Mettena missis instructum esset, nova colonia Benedictina deducta est in monasterium Weltenburg anno 1842 resuscitatum. Mettena profectus est etiam Revmus D. Bonifacius Wimmer, qui signa Benedictina infixit in America septentrionali (1846).

Majorum exempla secutus neque quidquam perditissimis temporibus nostris magis necessarium esse quam pueros literarum studiosos mente vere catholica institui honestisque moribus imbui ratus, nihil antiquius habebat hic abbas, quam ut conventuales sui in erudienda atque educanda juventute versarentur. Quare scholae latinae, quam a. 1837 aperuerant, adjectae sunt a. 1847 gymnasii classes duoque seminaria constituta, in quibus habitarent ac nutrirentur pueri; additum est tertium, episcopale pro pueris dioeceseos Ratisbonensis statui clericali addictis; cuncta aedificia maximo monasterii sumptu erecta et sustentata.

Anno 1856 cum Gregorius abbas in archiepiscopatum Monacho-Frisingensem evectus esset, successit in ejus locum abbas Utto Lang, tum seminarii puerorum episcopalis director, cujus opera et studio congregatio Benedictino-Bavarica resuscitata est anno 1858. Hodie quoque regimen tenet.

MONACHI:

Reverendissimus et Amplissimus Dominus,
D. UTTO LANG,
Abbas,

ordine numerico II., ratione prioris monasterii LXXX., nat. 15. Feb. 1807 in Kasten, Bav., sac. 31. Jul. 1830, prof. 16. Jun. 1838, Abbas electus 15. Jul. 1856, mitra decoratus 26. Oct. 1856.

2. Adm. R. P. Rupertus Mittermueller,
Prior et Novitiorum Magister,

nat. in Mainburg, Bav. 7. Jun. 1814, sac. 27. Jul. 1837, prof. 20. Feb. 1842.

3. R. P. Bernardus Hoegl,
Subprior,

nat. in Frechelsdorf, Bav. 8. April. 1813, sac. 27. Jul. 1837, prof. 30. Dec. 1838.

4. R. P. Franciscus Xav. Sulzbeck,
Senior,

nat. in Zenching, Bav. 17. Mart. 1807, sac. 1. Aug. 1831, prof. 29. Dec. 1833, Prior monasterii Weltenburgensis libere resignatus.

5. R. P. Willibaldus Freymueller, S. T. D.,

nat. in Mintraching, Bav. 6. Nov. 1807, sac. 1. Jun. 1833, prof. prof. 10. Feb. 1838.

6. R. P. Placidus Lacense,

nat. Ratisbonae, Bav. 26. April. 1802, sac. 1. Maji 1825, prof. 26. Maji 1839, Jubilaeus, Consiliarius Regius in Spiritualibus.

7. R. P. Fortunatus Braun,

nat. in Cham, Bav. 7. Dec. 1806, sac. 20. Aug. 1832, prof. 29. Nov. 1840.

8. R. P. Anselmus Deufl,

nat. in Niederwattenbach, Bav. 20. Dec. 1812, sac. 25. Jul. 1836, prof. 16. Junii 1841.

9. **R. P. Virgilius Buchner,**
nat. in Alburg, Bav. 13. Julii 1811, sac. 27. Jul. 1837, prof. 20. Feb. 1842.

10. **R. P. Ildephonsus Lehner,**
nat. in Pleistein, Bav. 13. Oct. 1813, sac. 1. Nov. 1836, prof. 27. Oct. 1844.

11. **R. P. Coelestinus Feiner,**
nat. in Regenstauf, Bav. 29. Dec. 1818, prof. 11. Oct. 1846, sac. 4. Nov. 1846.

12. **R. P. Bartholomaeus Gerz,**
nat. in Wittich, Boruss. 18. Mart. 1804, sac. 29. Maji 1831, prof. 8. Nov. 1847.

13. **R. P. Joannes Ev. Angelhuber,**
nat. in Furth, Bav. 19. Dec. 1823, prof. 25. Oct. 1846, sac. 18. Jul. 1848.

14. **R. P. Matthaeus Lipp,**
nat. in Vilsbiburg, Bav. 15. Oct. 1823. prof. 11. Apr. 1847, sac. 18. 1848.

15. **R. P. Simon Stiessberger,**
nat. Monachii, Bav. 12. Dec. 1822, prof. 2. Nov. 1847. sac. 18. Jul. 1848.

16. **R. P. Maximilianus Lickleder,**
nat. in Luppurg, Bav. 23. Dec. 1826, prof. 26. Nov. 1848, sac. 11. Nov. 1851.

17. **R. P. Marianus Stauber,**
nat. Straubingae, Bav. 20. Feb. 1825, sol. prof. 18. Aug. 1850, sac. 11. Nov. 1851.

18. **R. P. Benedictus Braunmueller,**
nat. in Roetz, Bav. 12. Mart. 1825, sac. 16. Jul. 1850, sol. prof. 24. Oct. 1852.

19. R. P. Paulus Berthold,

nat. in Donauwoerth, Bav. 11. Oct. 1829, prof. 21. Mart. 1854, sac. 4. Jan. 1855.

20. R. P. Henricus Trimpl,

nat. in Oedt, Bav. 30. Dec. 1829, prof. 22. Oct. 1854, sac. 14. Mart. 1856.

21. R. P. Benno Wolferseder,

nat. in Hailing, Bav. 26. Dec. 1831, prof. 26. Nov. 1854, sac. 14. Mart. 1856.

22. R. P. Romanus Sachs,

nat. in Altenkundstadt, Bav. 1. Jan. 1821, sac. 27. Junii 1848, sol. prof. 11. Oct. 1857.

23. R. P. Martinus Hiermer,

nat. in Chamerau, Bav. 20. Junii 1820, prof. 8. Sept. 1856, sac. 13. Aug. 1858.

24. R. P. Adalbertus Mayer,

nat. Monachii Bav. 2. Dec. 1831, sol. prof. 24. Jan. 1858, sac. 13. Aug. 1858.

25. R. P. Utto Kornmueller,

nat. Straubingae, Bav. 5. Jan. 1824, sac. 16. Jul. 1847, simpl. prof. 30. Nov. 1858, sol. prof. 8. Dec. 1861.

26. R. P. Stephanus Huber,

nat. in Hartmanitz, Bohemiae 27. Nov. 1824, sac. 6. Dec. 1848, simpl. prof. 26. Maji 1859, sol. prof. 6. Jul. 1862.

27. R. P. Amandus Meyer,

nat. in Grossthundorf, Bav. 25. Jan. 1829, sac. 22. Jul. 1854, simpl. prof. 26. Maji 1859, sol. prof. 6. Jul. 1862.

28. R. P. Pius Stingl,

nat. in Mittenteich, Bav. 2. April. 1832, sac. 14. Mart 1856, simpl. prof. 15. Jan. 1864, sol. prof. 20. Jan. 1867.

29. R. P. Carolus Mueller,

nat. in Tittling, Bav. 9. Mart. 1838, simpl. prof. 15. Jan. 1864, sol. prof. 20. Jan. 1867, sac. 16. Mart. 1867.

30. R. P. Augustinus Weiss,

nat. in Hohenwald, Bav. 10. Oct. 1835, simpl. prof. 20. Jul. 1865, sol. prof. 15. Aug. 1868, sac. 13. Sept. 1868.

31. R. P. Edmundus Schmidt,

nat. Limburgae, Boruss. 20. Nov. 1844, simpl. prof. 13. Nov. 1865, sol. prof. 13. Dec. 1868, sac. 26. Dec. 1868.

32. R. P. Guilielmus Harslem,

nat. Reichsbach, Bav. 2. Jan. 1827, sac. 15. Julii 1852, simpl. prof. 21. Dec. 1866, sol. prof. 7. Maji 1871.

33. R. P. Odilo Zenker,

nat. Hermsdorf, Bohemiae 19. Julii 1839, simpl. prof. 29. Nov. 1867, sac. 26. Julii 1870, sol. prof. 7. Maji 1871.

34. R. P. Felicianus Fischer,

nat. in Siedling, Bav. 25. Sept. 1837, simpl. prof. 30. Maji 1868, sac. 24. Aug. 1870, sol. prof. 7. Maji 1871.

35. R. P. Thomas Bauer, Ph. D.,

nat. in Mitterkirchen, Bav. 20. April. 1821, sac. 26. Mart. 1848, simpl. prof. 5. Jan. 1869, sol. prof. 6. Jan. 1872.

36. R. P. Hermannus Heigl,

nat. in Schlammering, Bav. 4. Oct. 1846, simpl. prof. 25. Oct. 1869, sac. 2. Junii 1872, sol. prof. 1. Jan. 1873.

37. R. P. Corbinianus Daffenreither,

nat. in Oedwiess, Bav. 18. Julii 1851, simpl. prof. 26. Feb. 1872, sol. prof. 7. Mart. 1875, sac. 19. Mart. 1875.

38. R. P. Theodoricus Schels,

nat. in Jachenhausen, Bav. 17. Junii 1851, simpl. prof. 21. Sept. 1873, sac. 2. Apr. 1876, sol. prof. 29. Oct. 1876.

39. R. P. Maurus Weingart,

nat. in Lindach, Bav. 4. Jul. 1851, sac. 8. Nov. 1874, simpl. prof. 13. Dec. 1875, sol. prof. 21. Mart. 1879.

40. R. P. Emmeramus Kappert,

nat. Elsdorf, Borussiae Rhen. 7. Jul. 1850, sac. 23. Aug. 1874, simpl. prof. 16. Aug. 1878.

41. R. P. Bonifacius Sichert,

nat. Hirschau, Bav. 2. Jan. 1836, sac. 11. Jul. 1859, simpl. prof. 30. Dec. 1878.

42. R. P. Othmarus Achhammer,

nat. in Raitenbuch, Bav. 8. Apr. 1854, sac. 16. Nov. 1879, simpl. prof. 19. Nov. 1879.

43. R. P. Godehardus Geiger,

nat. in Unterzwieselau, Bav. 6. Sept. 1853, sac. 29. Jun. 1878, simpl. prof. 31. Dec. 1879.

R. P. Franciscus Xav. Adlhoch, S. T. D.,

nat. in Ingolstadt, Bav. 19. Nov. 1854, sac. 28. Jul. 1878, *Novitius.*

Fr. Erhardus Auhofer,

nat. in Langenerling, Bav. 30. Dec. 1858, simpl. prof. 19. Nov. 1879, *Clericus.*

Fr. Josephus Kriegstetter,

nat. in Wendldorf, Bav. 9. Mart. 1859, *Novitius.*

Fratres Conversi: Octo.

In *bibliotheca* reperiuntur *incunabula* 400, aliorum voluminum circa 50,000.

Patribus Mettenensibus quinque *parochiae* in dioecesi Ratisbonensi commissae sunt pastorandae, quae omnes olim, cum vetus monasterium existeret, erant incorporatae et post restaurationem redditae sunt, ita tamen, ut essent revocabiles omnique tempore retractari possent. Hae sunt:

Edenstetten	cum animab.	1491,	et monachis	2.
Metten	" "	2154,	" "	2.
Michaelsbuch	" "	1499,	" "	3.
Neuhausen	" "	1549,	" "	2.
Stephansposching	" "	1043,	" "	3.
	Numerus animar.	7736,	et monach.	12.

Monachi hi extra clausuram versantur, praeter eos qui ipsi parochiae Metten addicti sunt.

Cum Abbatia conjunctum est inde ab anno 1847 Collegium seu *Gymnasium*, quod dicitur *humanisticum*, colendorum humanitatis studiorum causa institutum et legibus regni Bavarici adaptatum, in annuos cursus seu classes novem dividitur. Discipuli anno 1879 fuerunt numero 286, qui multo plurimi alumni sunt seminariorum collegio adjunctorum.

Necrologium a 1. die Jan. 1866.

1. R. P. Valentinus Wurm, obiit 7. Jul. 1869.
2. R. P. Maurus Deybeck, obiit 7. Feb. 1871.
3. R. P. Leonardus Heinl, obiit 14. Mart. 1871.
4. R. P. Emmeramus Kreuttner, obiit 10. Feb. 1872.
5. R. P. Beda Schweighart, obiit 10. Mart. 1873.
6. R. P. Gregorius Hoefer, obiit 31. Maj. 1875.
7. R. P. Bonifacius Graf, obiit 4. Jun. 1875.
8. R. P. Erhardus Sporrer, obiit 22. Jul. 1877.
9. R. P. Godehardus Muerbeth, obiit 23. Dec. 1877.
10. R. P. Ambrosius Vischer, obiit 1. Jun. 1878.

2. ABBATIA S. MARIAE VIRGINIS IN COELUM ASSUMPTAE,

SCHYRAE, ARCHI-DIOEC. MONACO-FRISINGENSIS.

Inscriptio epist.: Hochw. Benedictiner-Stift, Scheyern, Baiern.

De Schyrensi Monasterio, O. S. B., quod situm est in Bavaria superiore aequo fere spatio millium circiter vicenum quinum et ab

urbe Monachio et ab Ingolstadio oppido distat, ex litteris veterum monumentisque quae memoratu digna maxime videantur, haec esse arbitramur:

Fundamenta monasterii jacta sunt ab *Haziga* quadam comitissa, quae postea *Ottoni* comiti Schyrensi nupta fuit; quae inter Alpes priores in eo loco, qui nunc dicitur *Cella interior* sive Bavarica, aedificio exstructo rebusque caeteris bene provisis sub annum 1077 a Wilhelmo, Hirsaugiensi abbate, suis precibus impetravit, ut duodecim Patres totidem Fratres mitterentur; quod vitae regularis initium fecit.

Decem post annis 1087 inde migratum est *Fischbachavium*, quod abest propius a campis, quo loco ejusdem Hazigae illius beneficio aedes novae erectae erant; ibi 1097 *abbas primus* ab Wilhelmo abbate constituitur *Erchimboldus*, Sedis Apostolicae confirmatio, permissa Patribus abbates eligendi libera facultate, 1103 impetratur.

Illinc quoque faventibus Hazigae piis filiis ob locorum asperitatem viarumque 1107 migratum est in eum locum, qui dicitur *Usenhovium* sive *Mons Petri,* ibique pauci anni consumpti. Defuncto Erchimboldo abbate primo ab Wilhelmo superstite petentibus constituitur *abbas Bruno*, sanctitate perinde ac natalibus illustris.

Auctoribus denique iisdem Hazigae filiis inclyta comitum *Schyrensium*, sedes antiqua gentis illius clarissimae, quae adhuc Bavarici regni gubernacula tenet, communi consensu Patribus cessa, qui 1119 sub Brunone illo abbate habitatum eo concesserunt.

Neque tamen is locus ex arce in monasterium versus aedes ultima Ducum Bavariae Principumque esse nisi post annos centum quinquaginta desiit; quam ob rem Patres Schyrenses per tempora multa multis a Ducibus Bavariae aucti beneficiis, affecti honoribus fuerunt.

Ornamentum vero Schyrensium singulare ac splendor ad haec usque tempora est *particula* quaedam *ex arbore nobilissima*, *Cruce Domini;* quae pars pretiosa tradita viris quibusdam sanctis a Patriarcha Hierosolymitano ea lege, ut petentes plagas occidentales a voto visitandi Dominicum sepulcrum, qui solvendi impares essent, pie venerantes absolverent, a comite quodam de gente Schyrensi pietatis causa invitis illis ablata est et 1157 his Patribus custodienda permissa; quod munus dulcissimum ut in justam possessionem transiret, profectus aliquot post annis Hierosolyma illius comitis filius adolescens ab Patriarcha precibus impetravit; qua de donatione diploma Patriarchale authenticum exstat. Ad hanc Crucem fideliter venerandam ex saeculis multis cum alias fidelium

multi, tum ad diem Inventionis sanctissimae Crucis plus quatuor millibus solent singulis annis confluere.

Per annos septingentos viginti amplius sub abbatibus duodequinquaginta laeta Conventus vidit, disciplinae semper laudibus insignis, ut cujus praesules Congregationis Benedictino–Bavaricae praecipui fuerint auctores ac Novitiatum communem apud ipsos persaepe habuerint, idem praestans doctrinis, quippe cujus Patres, qui ad vicenos quaternos solebant esse, praeter complurium curas parochiarum, primas iterum ac saepius Bavariae cathedras occupaverint, libros multos egregie conscripserint, ut Schola doctorum "Schyra" vulgo diceretur, effecerint. At cum annus ille supervenisset 1803, sorte communi sub abbate *Martino*, viro praestantissimo. monasterium illustre est misere exstinctum. Patres alii alio dilapsi sunt; abbas vero ipse a ruinis noluit discedere, ad quas cum annos quattuor moestus egisset, miseria potius quam morbo occubuit.

Divina denique disponente misericordia anno 1838 *Ludovici I., Regis Bavariae*, munificentia ac pietate ab interitu aedificia vindicata ac reddita sunt, missisque a Mettensi monasterio tribus Patribus novum inde vita regularis initium fecit, aedesque antiquae solitis se denuo resonare psalmodiis laetatae sunt.

Sub *abbate primo Ruperto*, strenuissimo viro piissimoque, qui ab anno 1838 usque ad an. 1872 primum praepositus, tum abbas praefuit, conventus in dies coepit magis efflorescere, ita ut praesulis primi funus Patres non minus duodeviginti, novem Fratres cum lacrymis deduxerint.

MONACHI:

Reverendissimus et Amplissimus Dominus D. RUPERTUS II. MUTZL,

Abbas,

ab instauratione II., a fundatione L., nat. Laudishuti 14. Jan. 1834, sol. prof. 30. Aug. 1857, sac. 4. Sept. 1857, Abbas electus 13. Dec. 1872, Mitra decoratus 10. Feb. 1873, ab anno 1873 Praeses Congregationis.

2. Adm. R. P. Aloysius Prand, S. T. D.,

Prior et Novitiorum Magister,

nat. in Waging 13. Mart. 1804, sac. 14. Sept. 1826, simpl. prof. 20. Aug. 1868, sol. prof. 20 Aug. 1871.

3. **Adm. R. P. Henricus Eisenschenk,**

Subprior,

nat. Cambii 1. Jun. 1801, sac. 26. Maj. 1826, prof. 30. Jul. 1843.

4. **R. P. Benedictus Mahler,**

nat. in Oberguenzburg 21. Oct. 1809, sac. 4. Maj. 1832, prof. 8. Sept. 1840.

5. **R. P. Anselmus Thoma,**

nat. in Kaufbeuren 12. Jul. 1809, sac. 28. Maj. 1834, prof. 17. Oct. 1841.

6. **R. P. Gregorius Schlicker,**

nat. in Alsmoos 3. Jun. 1810, sac. 1. Aug. 1835, sol. prof. 30. Jul. 1843.

7. **R. P. Martinus Joseph,**

nat. in Plattling 9. Sept. 1813, sac. 1. Aug. 1837, prof. 3. Dec. 1843.

8. **R. P. Paulus Sixt,**

nat. in Wasserburg 31. Oct. 1819, sac. 11. Mart. 1845, prof. 29. Jun. 1847.

9. **R. P. Pius Bayer,**

nat. in Forchheim 17. Mart. 1823, prof. 20. Sept. 1849, sac. 16. Mart. 1850,

10. **R. P. Carolus Zeller, Ph. D.,**

nat. Herbipoli 14. Oct. 1824, sac. 7. Apr. 1849, prof. 21. Jan. 1855.

11. **R. P. Maurus Liebl,**

nat. Pedepontii 7. Nov. 1831, prof. 14. Oct. 1855, sac. 3. Jun. 1856.

12. **R. P. Placidus Bernhard,**

nat. Monachii 20. Jul. 1829, prof. 14. Oct. 1855, sac. 3. Jun. 1856.

13. R. P. Raphael Barth,

nat. Monachii 17. Jun. 1845, sac. 10. Jul. 1870, simpl. prof. 7. Jul. 1870, sol. prof. 31. Aug. 1873.

14. R. P. Antonius Sanctjohanser,

nat. in Lenggries 7. Feb. 1848, sac. 29. Jun. 1873. simpl. prof. 4. Oct. 1873, sol. prof. 8. Oct. 1876.

15. R. P. Rupertus Metzenleitner,

nat. in Berchtesgaden 30. Mart. 1849, sac. 19. Sept. 1873, simpl. prof. 11. Apr. 1874, sol. prof. 22. Apr. 1877.

16. R. P. Bonifacius Popp,

nat. in Margarethenried 19. Sept. 1849, sac. 29. Jun. 1874, simpl. prof. 8. Aug. 1874, sol. prof. 2. Sept. 1878.

17. R. P. Benno Marx,

nat. in Schlehing 20. Sept. 1851, sac. 29. Jun. 1876, simpl. prof. 7. Apr. 1877.

18. R. P. Corbinianus Keller,

nat. in Sommeri 26. Apr. 1849, sac. 8. Sept. 1871, simpl. prof. 10. Nov. 1877.

Fratres conversi: Decem.

Bibliotheca continet circa 15,000 volumina.

Parochiae curam, quae est animarum duum millium quadringentarum, tres conventuales gerunt.

Est in aedium complexu *Seminarium* puerorum archiepiscopale, in quo degunt centum alumni, qui primis literarum elementis per annos quinos a Patribus imbuuntur.

Necrologium inde a 1. die Jan. 1866.

1. Rel. Fr. laic. Luitpoldus Boeck, obiit 2. Maji 1870.
2. R. P. Michael Hoebel, obiit 10. Maji 1870.
3. R. P. Maximilianus Duschl, obiit 12. Dec. 1870.
4. Revmus D. Abbas Rupertus Leiss, obiit 12. Nov. 1872.
5. R. P. Joachim Fischer, obiit 13. Aug. 1873.
6. Adm. R. P. Petrus Lechner, Prior, obiit 26. Julii 1874.
7. R. P. Corbinianus Schaeffler, obiit 9. Nov. 1874.
8. R. P. Stephanus Riederer, obiit 24. Mart. 1876.
9. R. P. Petrus Annaberger, obiit 18. Jun. 1876.
10. R. P. Gabriel Reiner, obiit 25. Jan. 1878.
11. Rel. Fr. laic. Adalbertus Freymanner, obiit 9. Mart. 1879.

3. ABBATIA S. BONIFACII,

MONACHII, ARCHI-DIOEC. MONACO-FRISING.,

fundata die 4. Nov. 1850 *a Ludovico I., Bavariae rege.*

Inscript. epist.: Hochw. Benedictiner-Stift St. Bonifaz, Muenchen, Baiern.

Ludovicus I., Bavariae rex. ut religionis, artium litterarumque protector nobilissimus, ita etiam Ordinis S. P. Benedicti fautor eximius, quum in omnibus praestantissimis suis operibus historiam inprimis ducem sequeretur, diem 12. mensis Octobris 1835, quo die ante viginti quinque annos Theresiam Hildburghusiensem uxorem duxerat, praetermittere noluit, quin per opus insigne religionis gratum se Deo optimo maximo exhiberet. Itaque eodem die et Basilicae S. Bonifacii, Germanorum apostoli, et monasterii ejusdem nominis cum Basilica conjuncti fundamenta jecit. Sumptus, qui ad decies centena millia florenorum efficiunt, monarcha maxime magnanimus fecit ex aerario privato.

Georgius Fridericus Ziebland artifex, quem ad percipiendas clarissimarum basilicarum formas Ludovicus rex in Italiam miserat, summa cum omnium admiratione ecclesiam monasteriumque aedificavit et Henricus de Hess, pictor nobilissimus, ab Joanne de Schraudolph, Koch, Caspar, Miller, Halbreiter aliisque discipulis adjutus magnificentissimis exornavit picturis, quae vitam S. Bonifacii summosque pontifices repraesentant. Toto opere quindecim annos perfecto Carolus Augustus, Comes de Reisach, tum archie-

piscopus Monaco-Frisingensis, postea S. Ecclesiae Romanae Cardinalis, aedes sacras, quas fundator illustrissimus per literas viginti diebus ante scriptas Ordini S. Benedicti tradiderat, die 24. Nov. 1850 consecravit.

Ac primum quidem abbatem rex serenissimus jure nominationis usus Revmum P. Paulum Birker, ad id tempus conventualem monasterii S. Stephani Augustae Vindelicorum, declaravit. Cui, cum anno 1854 sua sponte resignasset, Revmus P. Bonifacius Haneberg, doctor et professor sacrae theologiae in universitate Monacensi, a capitulo electus abbas successit, vir et pietatis et doctrinae laude insignis.

Anno 1850 Patribus deditum est etiam monasterium illud celeberrimum Andecenso cum parochia *Erling*, ubi Revmus D. Abbas Bonifacius, qua erat pauperum misericordia, sumptibus monasterii seminarium centum fere orphanorum instituit. Insuper studio verae religionis propagandae incensus coloniam in Tunisiam Africae misit, aliquot tamen post annos revocatam.

His aliisque laboribus cum de monasterio tum de universa patria optime meritus die 25. mensis Augusti A. D. 1872 Episcopus Spirensis consecratus est, quo munere per quattuor annos religiosissime functus summo cum omnium dolore e vivis est sublatus die 31. mensis Maji 1876.

Die 27. mensis Augusti 1872 monasterii ad S. Bonifacium abbas electus est Revmus D. D. Benedictus Zenetti.

MONACHI:

Reverendissimus et Amplissimus Dominus, D. BENEDICTUS ZENETTI,

Abbas hujus monasterii tertius,

nat. Spirae, Rheno-Bavariae, 13. Maj. 1821, sac. 1. Aug. 1847, prof. 28. Dec. 1851, Prior monasterii Scheftlarn 22. Maj. 1866, mitra decoratus 10. Nov. 1872.

2. Reverendissimus D., D. Paulus Birker,

nat. in Sonthofen, Bav., 19. Oct. 1814, prof. 7. Oct. 1838, Abbas S. Bonifacii libere resignatus.

3. Adm. Rev. P. Joannes a Cruce Klingl,

Prior claustralis,

nat. Landishuti, Bav. 26. Mart. 1815, prof. 17. Feb. 1852, sac. 21. Mart. 1852.

4. Adm. Rev. P. Magnus Sattler,

Prior monasterii Andecensis,

nat. in Hinnang 14. Jun. 1827, sac. 26. Maj. 1851, prof. 5. Mart. 1857.

5. Adm. Rev. P. Placidus Jungblut,

Subprior claustralis,

nat. in Stephansrettenberg 19. Aug. 1816, sac. 30. Aug. 1840, prof. 2. Feb. 1852.

6. R. P. Pius Gams, S. T. et Ph. D.,

Socius honor. Academiae Matrit. et societ. histor. Bav. sup. et Franc. inf. adscriptus,

nat. in Mittelbuch 23. Jan. 1816, sac. 11. Sept. 1839, prof. 5. Oct. 1856.

7. R. P. Romualdus Deller,

nat. Frisingae 22. Mart. 1829, prof. 24. Feb. 1853, sac. 12. Eeb. 1855.

8. R. P. Gregorius Rossi,

nat. in Norwich, Angliae, 20. Dec. 1828, prof. 26. Apr. 1854, sac. 30. Sept. 1855.

9. R. P. Raymundus Gronen,

nat. Monachii 24. Mart. 1835, sol. prof. 1. Apr. 1856, sac. 6. Apr. 1858.

10. R. P. Melchior Eberle,

nat. in Grosskissendorf 27. Mart. 1828, prof. 6. Jan. 1851, sac. 4. Maji 1853.

11. R. P. Rupertus Wilhelm,

nat. in Boppart 17. Sept. 1831, prof. 5. Oct. 1856, sac. 24 Nov. 1856.

12. R. P. Hugo Straehuber,

nat. Monachii 19. Oct. 1824, prof. 1. Nov. 1856, sac. 1. Aug. 1860.

13. R. P. Adalbertus Krinner,

nat. in Toelz 30. Sept. 1832, sol. prof. 27. Dec. 1857, sac. 14. Apr. 1859.

14. R. P. Anselmus Buettner,

nat. in Osterhofen 8. Feb. 1834, sol. prof. 5. Oct. 1859, sac. 14. Julii 1862.

15. R. P. Aegidius Hennemann,

Magister Novitiorum,

nat. Monachii 6. Sept. 1838, sol. prof. 5. Oct. 1859, sac. 4. Jan. 1862.

16. R. P. Daniel Olckers,

nat. Fuldae 7. Aug. 1827, sac. 8. Aug. 1852, sol. prof. 21. Julii 1862.

17. R. P. Maurus Buchert,

nat. Bambergae 10. Feb. 1843, sol. prof. 22. Maji 1864, sac. 10. Nov. 1865.

18. R. P. Willibaldus Sittle,

nat. Augustae Vindelic. 22. Dec. 1827, sac. 6. Aug. 1852, sol. prof. 1. Aug. 1864.

19. R. P. Odilo Rottmanner,

nat. Landsbergae 21. Nov. 1841, sac. 31. Julii 1864, sol. prof. 22. Feb. 1866.

20. R. P. Benedictus Schmid,

nat. in Lochhausen 16. Jun. 1829, sac. 29. Jun. 1853, sol. prof. 7. Mart. 1867.

21. R. P. Gulielmus de Coulon,

nat. in Bayerdiessen 15. Julii 1845, sol. prof. 31. Oct. 1867, sac. 29. Jun. 1869.

22. R. P. Augustinus Gluns,

nat. in Rottweil 22. Nov. 1833, sac. 10. Aug. 1858, sol. prof. 25. Sept. 1869.

23. R. P. Athanasius Preiss,

nat. Bavoroviae in Silesia Borussica 13. Jan. 1836, sac. 15. Julii 1860, sol. prof. 7. Apr. 1870.

24. R. P. Clemens Reinhard, M. D.,

nat. in Tegernsee 13. Nov. 1838, sol. prof. 17. Nov. 1870, sac. 20. Mart. 1872.

25. R. P. Franciscus Ser. Nock,

nat. in Osterhofen 15. Aug. 1839, sac. 25. Jun. 1864, sol. prof. 10. Maji 1871.

26. R. P. Corbinianus Dengler,

nat. in Kalsing 13. Sept. 1812, sac. 9. Julii 1849, sol. prof. 10. Maji 1871.

27. R. P. Gregorius Lindemann,

nat. in Hengersberg 11. Nov. 1847, sol. prof. 10. Aug. 1871, sac. 16. Maji 1873.

28. R. P. Emmeramus Heindl,

nat. in Hochdorf 31. Julii 1854, sol. prof. 28. Dec. 1876, sac. 29. Feb. 1879.

29. R. P. Bonifacius Schmid,

nat. in Lochhausen 29. Sept. 1832, sac. 1. Julii 1855, prof. 6. Dec. 1877.

NOVITII:

1. R. P. Joannes Nep. Wernick,

nat. in Elbing 2. Feb. 1846, sac. 30. Sept. 1869, indutus 20. Nov. 1879.

Fr. Wilhelmus Voss,
nat. in Hagen 15. Sept. 1849, indutus 22. Jul. 1879.

Fratres conversi: Quadraginta unus.

Volumina in *bibliotheca:* circiter 30,000.

Monasterio Monacensi incorporata est *parochia* circiter 40,000 animarum.

Subjectus Abbatiae Monacensi est *Prioratus Andecensis*, cum tribus quatuorve Patribus et circiter viginti Fratribus laicis, qui jam numerati sunt in serie monachorum S. Bonifacii.

Parochia Erling, annexa Prioratui Andecensi, continet aliquot centena animarum.

Duabus scholis majoribus RR. Patres praesunt.

Necrologium inde a 1. die Jan. 1866:

1. Adm. R. P. Ludovicus Muggendorfer, Prior, obiit 16. Feb. 1866.
2. R. P. Othmarus Schmid, obiit 18. Mart. 1870.
3. R. P. Bonifacius Kaeser, obiit 14. Sept. 1873.
4. R. P. Bernardus Koenigsberger, obiit 19. Nov. 1873.
5. R. P. Joseph Maria Endroes, obiit 27. Julii 1874.
6. R. P. Ludovicus Nigl, obiit 29. Mart. 1875.
7. Revmus D. Daniel Bonifacius de Haneberg, Episcopus Spirensis, obiit 31. Maji 1876.
8. R. P. Bruno Husel, obiit 27. Julii 1876.
9. R. P. Ambrosius Boeck, obiit 18. Jan. 1879.

4. PRIORATUS S. GEORGII,
IN WELTENBURG, DIOEC. RATISBONENSIS.

Inscript, epist.: Hochw. Benedictiner-Stift zu Weltenburg, Niederbaiern.

Hoc monasterium admiranda regionis circumpositae amoenitate non minus, quam rara herbarum sponte ibi nascentium ubertate ac varietate ab omnibus numeratur in celeberrimis. Exstructa sunt aedificia in lingua exigua, quam tribus partibus Danubius circumfluit et ab Austro mons cingit praeruptus, in cujus vertice Romani usque ad quartum aerae christianae saeculum castra stativa cum arce Valentis (unde nomen Weltenburg derivatur) habebant et a S. Wolfgango episcopo Ratisbonensi propter Hunnorum incursus spatiosae munitiones excitatae erant. Flumen autem per duo circiter millia passuum rupibus utrimque deruptis ac praecipitibus ita coarctatur, ut ne semitae quidem ullum spatium praebeant ripae. Qua locorum proprietate fit, ut innumeri fere quotannis ad eam visendam peregrinatores ac multi viri docti ad herbas quaerendas alliciantur.

Non temere Weltenburgum etiam in *antiquissimis* monasteriis ponitur. Nam etsi annus fundationis accurate designari non potest, id tamen constat, *Tassilonem*, Bavariae ducem, et *S. Rupertum* ejus fundatores fuisse. Qua de causa continua traditio est, eundem locum salutis saeculo sexto ad finem vergente coenobitas tenuisse primoque abbati nomen Wisundum fuisse. Nequaquam ergo vituperandi sunt Germanici nostri Ordinis scriptores, qui quasi uno ore Weltenburgum *omnium Bavariae monasteriorum antiquissimum* esse affirmant.

Perdurabat illud interjectis paucis intervallis continentur per duodecim saecula. Nihilominus et aedificiorum amplitudine et habitatorum numero ex omnibus, quotquot in Germania regulam S. Benedicti sequebantur, semper ut videtur *minimum* erat, id quod praeter alias causas parum laudandas situs ipse effecit.

Neque minimum tantum, sed etiam *pauperrimum* erat, quapropter nemo abbas audebat ab apostolica sede petere infulam. *Mathias Abelinus* tandem, vir optimae indolis magnaeque auctoritatis, ita rem familiarem auxit atque administravit, ut annuus reditus duo milia florenorum expleret eique petenti usus Pontificalium pro se atque successoribus literis apostolicis concederetur A. D. 1633.

Mirum igitur non est, si per tot saecula Weltenburgi neque literae eodem studio quo alibi colebantur neque schola famae celebri-

tate utebatur. At duodevicesimo saeculo etiam hac in re facta est mutatio magna. Quum enim Maurus Baechl, abbas (1713–1743) consilio, prudentia, industria, gravitate excellens, omnia monasterii aedificia, vetustate jam in ruinam prona, atque ecclesiam a fundamentis disjecisset et magnificentissime restituisset, multi juvenes et divitiis abundantes et magno praediti ingenio Weltemburgi monasticum habitum sumebant. Qui ut omnibus artibus homine religioso dignis quam diligentissime excolerentur, abbas sumptui non pepercit. Unde venit, ut ex eo tempore usque ad exstinctionem monasteriorum, A. D. 1803, Weltenburgenses quoque monachi eruditione conspicui non solum cathedras in gymnasiis atque in universitate Salisburgensi ornarent, sed etiam libros de theologicis et philosophicis disciplinis in lucem ederent. Post eorum ejectionem domus erat deserta usque ad annum 1842, quo anno die 22. Mart. munificentia generosi Ludovici I., regis Bavariae, Benedictinis reddita, ac Prioratus sui juris fundatus est. Nunc vero religiosi in cura animarum et juventutis eruditione operam collocant.

MONACHI:

---

1. Adm. R. P. Michael Leeb,

Prior,

nat. Campoduni 26. Sept. 1822, prof. 26. Apr. 1846, sac. 22. Julii 1846, Prior electus 26. Martii 1874.

2. R. P. Benedictus Niedermayer,

nat. in Burglengenfeld 4. Nov. 1815, sac. 22. Julii 1840, prof. 12. Oct. 1845.

3. R. P. Maurus Lueger,

nat. Passaviae 23. Junii 1824, sac. 12. Aug. 1847, sol. prof. 15. Nov. 1857, Parochiae rector et scholarum inspector.

4. R. P. Josephus Mayrhofer,

nat. in Irching 23. Jan. 1818, sac. 13. Aug. 1852, simpl. prof. 22. Dec. 1858, sol. prof. 6. Jan. 1862, Cooperator.

Fratres conversi: Tres.

In *bibliotheca* sunt plus quam 6,000 voluminum, in quibus 5 manuscripta et 40 incunabula.

Reverendi Patres animarum curae intendunt in una *parochia* Weltenburgensi; numerus animarum: 800.

Necrologium inde a 1. Jan. 1866.

Adm. Rev. P. Maximilianus Pronet, *Prior*, obiit 10. Mart. 1874.

---

5. PRIORATUS S. DIONYSII,

APUD SCHEFTLARN PROPE MONACHIUM

ARCHI-DIOECESIS MONACO-FRISINGENSIS.

Inscriptio epistolarum: Hochw. Benedictiner-Stift zu Scheftlarn, Oberbaiern.

Eo loco ubi hodie Scheftlarnense monasterium cernitur ante annos circiter 1100 domus erat, quae nomine venit *Scaftilari* (domus in arundineto), castellum vero parum distabat, cui nomen erat *Pipinbach*. Utrumque aedificium Baltherici, cujusdam Dahingani fuit, sacerdotis atque decani, qui, exstructa ibidem ecclesia (A. D. 762) in honorem S. Dionysii auctaque redditibus, mox vidit discipulorum, qui suo ad vitam recte componendam magisterio essent usuri, ad se catervam convolantem, adeo ut exstructo prope ecclesiam monasterio, annuente ipso tum temporis Bavariae duce, Thassilone II., Balthericus regulam S. Benedicti sibi suisque sequendam elegerit et nomen abbatis ipse assumpserit.

Quo magis res monasterii in tuto positae essent, eas monachi reddiderunt feudatarias ecclesiae cathedrali Frisingensi et brevi eo usque sive donatis ecclesiis et servis, sive legatis agris, silvis et villis res auctae monasterii, ut per diuturnum tempus nullis unquam externarum rerum perturbationibus seu timoribus impediti monachi toti se vitae interiori excolendae dedere potuerint. Nec tamen ita semper vivere licuit, sed fortunam secundam secuta adversa, et prospera excipiunt aspera. Nam saeculo decimo labente Hungari (Hunni) eam regionem invaserunt et ea tota circum devastata A. D. 955 ipsum monasterium penitus exspoliatum incenderunt, monachis aut interfectis aut in fugam actis. Attamen A. D.

1140 monasterium, quod jam pridem videtur fuisse reconstructum, et a monachis verisimiliter ordinis S. Augustini habitatum, traditum est ab episcopo Ottone I. Frisingensi Ordini tunc primum efflorescenti Praemonstratensium, et a SS. Pontificibus insignibus privilegiis et ab aliis copiosis muneribus et largitionibus est donatum. Moniales quoque feminas domum juxta idem habuisse, documenta illius temporis testantur, sed quae post saeculum quartum decimum conscripta habentur, nil de hac re tradunt. Domui autem religiosorum omnia praeter opinionem bene evenerunt, nam 50 praepositi, quorum multi et doctrinae et sanctitatis laude florebant, sibi successerunt et monachi non minus propriae quam alienae saluti intenti tum in regularis vitae observantia tum in pastoralis muneris, quod in parochiis vicinis cum fervore obibant, officiis strenue se exercebant. Nec literarum immemores librorum sibi copiam partim transscribendo partim pretio oblato augere pro viribus studuerunt, grandi non raro nummorum vi pro pretiosoribus voluminibus soluta. Argumentum hujus rei vel ipsi, qui hodiedum in regia Monacensi bibliotheca asservantur codices 180 Scheftlarnenses et incunabula 314 esse possunt, inter quae codex Evangeliorum membraneus, ab episcopo Frisingensi Annone (854–875) monasterio donatus et imaginibus sanctorum Evangelistarum magna arte exornatus.

Anno 1700 et sequentibus usque 1760 aedificii partibus prae vetustate jam ruinam minantibus ecclesia et monasterium funditus denuo exstructa sunt, qualia hodiedum conspiciuntur; sed A. D. 1803, quum monasterium Scheftlarnense, sicut et plurima ex reliquis in Bavaria, in alienam potestatem ususque alienos per vim fuisset traductum, ecclesia claustrali in parochialem mutata, ipsa aedificia in privatorum hominum jura prius transierunt, postea in fabricam et tandem in balneorum usum transformata sunt. Attamen A. D. 1845 redierunt in potestatem religiosarum familiarum, siquidem monialium illa societas, quae "virgines Anglicae" vulgo audiunt, pretio soluto eadem sibi acquisivit, ibique institutum puellis educandis frequentissimum condidit.

Sed et iis, qui ab initio hujus domus incolae fuerunt, monachis Sancti Ordinis Nostri hoc monasterium restitutum est munificentia Ludovici I. regis, cum illud simul cum silva sat ampla, pretio Anglicis soluto, comparatum filiis SS. P. N. Benedicti tradidit. Die 18. Maji 1866 primi immigrarunt in hanc domum jam suam P. Benedictus Zenetti, Prior ex monasterio ad S. Bonifacium Monachii fratresque aliquot, quibus paulatim alii atque alii tum clerici tum

laici se adjunxerunt. Sex amplius annis quum P. Prior Zenetti eidem praefuisset, in abbatem ad S. Bonifacium electus est, et ei successit is, qui adhuc monasterii gubernacula tenet.

MONACHI:

1. Adm. Rev. P. Thaddaeus Brunner,

Prior,

nat. in Woergl, Tiroli 9. Nov. 1821, prof. Mettenae 11. April. 1847, sac. 25. Julii 1847, Prior electus 28. Oct. 1872, Director seminarii pueris educandis.

2. R. P. Bonifacius Schneider,

nat. in Niedersonthofen, Bav. 28. Nov. 1828, prof. 10. Aug. 1871, sac. 16. Maji 1873.

3. R. P. Angelus Klein,

nat. Monachii, Bav. 17. Apr. 1829, sac. 8. Martii 1863, prof. 26. Apr. 1873.

4. R. P. Gallus Kurmann,

nat. in Nottwyl, Helvetiae 10. Dec. 1845, prof. 12. Dec. 1874, sac. 11. Feb. 1875.

Fr. Benedictus Martin,

nat. in Lenzfried 5. Jul. 1851, simpl. prof. 16. Mart. 1878, *clericus.*

Fr. Joannes B. Auracher,

nat. in Freising 16. April. 1855, *novitius.*

Fratres conversi: Decem.

Bibliotheca Scheftlarnensis continet circa 6,000 volumina. Pastoralia munera exercenda sunt in *parochia Scheftlarn*, quae mille circa animas et 5 *ecclesias* filiales et *duas scholas* amplectitur. Ordinarie bini Patres in his occupantur, sed et ceteri pro necessitate et viribus participant.

Necrologium ab anno 1866.

1. Fr. Aegidius Horst,

nat. Passavii, Bav. 2. Feb. 1845, prof. 27. Sept. 1869, obiit 6. Sept. 1871.

2. Fr. laic. Erhardus Maier,

nat. in Deisenhausen, Bav. 20. Oct. 1845, prof. 7. Jan. 1874, obiit 22. Julii 1877.

ENUMERATIO
totius Congregationis.

Abbates	3.	Monasteria:	
Priores independentes	2.	Abbatiae	3.
Sacerdotes	99.	Prioratus independentes	2.
Clerici 4. Novitii	4.	" dependens	1.
Fratres Conversi	74.	Scholae majores et Semin.	5.
Obierunt inde ab 1866		Ecclesiae parochiales et filiales ca.	18.
Sacerdotes	29.		
Clericus	1.	Animae ad has ecclesias pertinentes ca.	52,000.
Conversi	3.		

CONGREGATIO BRASILIENSIS

A LEONE PP. XII.

EFFECTA SUI JURIS

AB A. D. 1827,

complectens ABBATIAS SEPTEM:

1. S. Sebastiani, Bahiae,
2. Dominae Nostrae a Monteserrato, Flumine Januarii,
3. S. Benedicti, Olindae,
4. Dominae Nostrae assumptae, S. Pauli,
5. " " a Monteserrato, Parahibae,
6. " " a Gratia, Bahiae,
7. " " de Brotas, S. Francisci.

PRAESIDENTIAS QUATUOR:

1. de Santos,
2. " Sorocabo,
3. " Parnahyba,
4. " Jundiahy.

CONGREGATIO BRASILIENSIS

Oriunda ex Lusitania, ab illa separata suique juris est effecta A. D. 1827, bulla a SS. Patre Leone XII. data, quae incipit "Inter gravissimas curas." Cum a. 1822 gubernium politicum redderetur a Lusitania independens, mox pluribus de causis et utile et plus minus necessarium visum est et monasteria adhuc cum congregatione Lusitana conjuncta in propriam erigere congregationem. Libentissime petitio concessa est, et sic stabilita congregatio optime floruit, donec a. 1855, edito Imperiali Decreto interdicta fuit novitiorum receptio, Benedictinis scil. aeque ac religiosis reliquis quibusvis. Ita res hodie persistunt contra litteram quidem ipsiusmet politicae Constitutionis, quae cum aliis plurimis hoc habet commune, ut in dies liberalior evadat vitiumque suum libertatis nomine contegere studeat. Cum de hac Congregatione tres bonae spei juvenes Romam mitterentur, qui in monasterio S. Pauli de Urbe peragerent Novitiatus annum professionemque emitterent, quibus peractis Brasiliam denuo redirent, novum Imperiale decretum est editum, a. 1870, quo gravi poena statuta prohibitum est, ne reverti permittantur. Atque hoc loco notandum, hos ipsos juvenes anno currente 1879 monasterium in Lusitania coepisse ibidemque propitio Deo bene procedere.

Sic ergo agonia premitur Congregatio Brasiliensis ex toto exstinguenda, nisi manus Domini eam levaverit.

CONGREGATIONIS h. t. PRAESES:

Reverendissimus et Illustrissimus Dominus,

D. JOANNES A S. BENEDICTO PEREIRA.

MONASTERIA.

1. ABBATIA S. SEBASTIANI,

BAHIAE, ARCHIDIOECESIS BAHIENSIS.

Inscriptio epist.: Mosteiro de S. Sebastiano, Ord. S. Bento, Bahia, Brazil.

Hoc monasterium, quod caput Congregationis et sedes D. D. Abbatis Praesidis est, fundatum est 1581 a Patre Fr. Antonio Ven-

tura cum aliis e Lusitania missis a R. P. Generali, Fr. Placido de Villalobos, votis hujus Brasilianae gentis obtemperante, gubernatore Bahiae Didaco Laurentio a Veiga.

MONACHI:

Reverendissimus et Amplissimus Dominus, D. JOANNES A S. BENEDICTO PEREIRA,

Abbas et Praeses totius Congregationis,

nat. 22. Aug. 1820, prof. 17. Sept. 1835 in hoc ipso monasterio.

2. **R. P. Fr. Jesuinus a Concept. Mattos,**
Revmi Praesidis Secretarius,
nat. 13. Nov. 1818, prof. 1. Oct. 1848.

3. **R. P. Fr. Emmanuel a Concept. Monte,**
Prior,
nat. 27. Feb. 1819, prof. 4. Nov. 1838.

4. **R. P. Fr. Thomas a Leone Calmon,**
nat. 3. Mart. 1818, prof. 19. Oct. 1838. Fuit Abbas Generalis.

5. **R. P. Fr. Franciscus a Nativ. Caneiro,**
nat. 3. Sept. 1825, prof. 5. Sept. 1840.

6. **R. P. Fr. Antonius a S. Blasio ——,**
nat. 9. Nov. 1817, prof. 25. Apr. 1841.

7. **R. P. Fr. Dominicus a Transfiguratione ——,**
nat. 16. Nov. 1824, prof. 15. Jun. 1842.

2. ABBATIA DOMINAE NOSTRAE A MONTESERRATO,

FLUMINE JANUARII, DIOEC. S. SEBASTIANI.

Inscriptio epist.: Mosteiro de Nossa Senhora de Monserrate, Ord. S. Bento, Rio-Janeiro, Brazil.

Hoc monasterium fundatum est anno 1589 a Fratribus Petro Ferraz et Joanne Porcalho, quos a Bahia misit D. Abbas Fr. Antonius Ventura, gubernatore Janeirensi Salvatore Correa de Sá. Inter alia evasit hoc monasterium celebrius, praeclarum viris et pietate et doctrina eminentibus.

MONACHI:

Reverendissimus et Amplissimus Dominus,

D. EMMANUEL A S. CAJETANO PINTO,

Abbas (*tertio*), **Ex-Praes.** (*bis*),

nat. 12. Feb. 1825, prof. 8. Apr. 1839 in monasterio Bahiensi.

2. R. P. Fr. Laurentius a S. Caecilia ——,

Prior,

nat. 13. Maji 1821, prof. 28. Oct. 1838 in mon. Bahiens., professor in gymnasio monasterii.

3. R. P. Fr. Joseph a Purificatione Franco,

nat. 8. Maji 1819, prof. 17. Sept. 1835 in mon. Bahiens. Fuit Praeses.

4. R. P. Fr. Saturninus a S. Clara Autunes,

nat. 9. Nov. 1818, prof. 17. Sept. 1835 in mon. Bahiens., professor in Gymnasio Imperiali. Fuit Praeses.

5. R. P. Fr. Joseph a S. Maria Amaral,

nat. 26. Apr. 1821, prof. 9. Jun. 1839 in mon. Bahiens., professor in Gymnasio Imperiali.

6. R. P. Fr. Emmanuel a S. Cath. Furtado,
nat. 30. Sept. 1835, prof. 20. Feb. 1850 in mon. Bahiens., professor in Gymnasio monasterii.

7. R. P. Fr. Benedictus a SS. Trinitate ———,
nat. 21. Mart. 1832, prof. 5. Oct. 1848 in mon. Bahiens., professor in utroque Gymnasio, Imperiali et Monasterii.

8. R. P. Fr. Joannes a Mercedibus Lima,
nat. 1. Dec. 1822, prof. 11. Aug. 1839 in mon. Bahiens.

9. R. P. Fr. Joannes a S. Gertrude,
nat. 24. Sept. 1818, prof. 20. Feb. 1841 in mon. Bahiens.

10. R. P. Fr. Antonius a Concept. Amorim,
nat. 20. Nov. 1824, prof. 6. Dec. 1841 in mon. Bahiens.

11. R. P. Fr. Ludovicus a Corde Jesu ———,
nat. 17. Apr. 1825, prof. 10. Jul. 1844 in mon. Flum. Januarii.

12. R. P. Fr. Joseph a Monte Cassino ——,
nat. 19. Mart. 1821, prof. 24. Jul. 1844 in mon. Fluminis.

13. R. P. Fr. Joannes a S. Joseph Paiva,
nat. 3. Sept. 1827, prof. 30. Mart. 1845 in mon. Fluminis.

14. R. P. Fr. a Corde Mariae Neiva,
nat. 14. Jan. 1829, prof. 30. Oct. 1845 in mon. Fluminis.

15. R. P. Fr. Antonius a S. Agatha Carneiro,
nat. 1. Nov. 1829, prof. 30. Oct. 1845 in mon. Fluminis.

16. R. P. Fr. Petrus ab Ascensione ——,
nat. 14. Jun. 1831, prof. 27. Oct. 1849 in mon. Bahiens.

17. **R. P. Fr. Joannes a Mercedibus Ramos,**
nat. 27. Jun. 1834, prof. 10. Aug. 1851 in mon. Bahiens.

18. **R. P. Fr. Vincentius a Conceptione Rocha,**
nat. 4. Apr. 1829, prof. 15. Apr. 1849 in mon. Bahiens.

19. **R. P. Fr. Joannes a S. Anna Lapa,**
nat. 24. Jun. 1816, prof. 6. Jan. 1841 in mon. Fluminis.

20. **R. P. Fr. Antonius a Gratia ——,**
nat. 3. Jul. 1832, prof. 21. Jun. 1850 in mon. Bahiens.

21. **R. P. Fr. Emmanuel a S. Benedicto ——,**
nat. —— 1812, prof. 6. Jan. 1841 in mon. Fluminis.

Est in monasterio Fluminis *Gymnasium* publicum et gratuitum, ubi pueri et juvenes tum liberalibus artibus tum philosophicis disciplinis erudiuntur.

3. ABBATIA S. BENEDICTI,

OLINDAE IN PERNAMBUCO, DIOEC. OLINDEN.

Inscript. epist.: Mosteiro de S. Bento, Ord. de S. Bento, Olinda, Pernambuco, Brazil.

Monasterium Olindae fundatum est circ. an. 1640, monachorum colonia de Bahia missa.

Reverendissimus et Amplissimus Dominus
D. PHILIPPUS A S. LUDOVICO PAIM,
Abbas,
nat. 3. Apr. 1817, prof. 4. Oct. 1836 in mon. Bahiensi.

R. P. Fr. Josephus ab Exaltatione Marques,
nat. 18. Jan. 1816, prof. —— in mon. Bahiensi

4. ABBATIA DOMINAE NOSTRAE ASSUMPTAE,

S. PAULI, DIOECES. S. PAULI IN BRASILIA.

Inscript. epist.: Mosteiro de Nossa Senhora, O. S. Bento, S. Paulo, Brazil.

Hoc monasterium fundatum est circ. an. 1640, monachis quibusdam missis a monasterio Fluminis Januarii.

Reverendissimus et Amplissimus Dominus
D. JOACHIM A PURIFICATIONE ARANJO,
Abbas,
nat. 22. Sept. 1824, prof. 31. Jan. 1841 in mon. Bahiensi.

5. ABBATIA DOMINAE NOSTRAE A MONTESERRATO,

PARAHIBAE(PERNAMBUCI), DIOEC. OLINDENSIS.

Inscriptio epist.: Mosteiro de Nossa Senhora, O. S. Bento, Parahiba, Brazil.

Fundatum est hoc coenobium sub an. 1639–1641, a paucis monachis de Pernambuco venientibus.

Reverendissimus et Amplissimus Dominus,
D. JOSEPH A S. JULIA BOTERHO,
Abbas,
nat. 25. Aug. 1822, prof. 20. Aug. 1841 in mon. Bahiensi.

6. ABBATIA DOMINAE NOSTRAE A GRATIA,

IN SUBURBIO BAHIAE, ARCHIDIOEC. BAHIENS.

Inscriptio epist.: Mosteiro de Nossa Senhora, O. S. Bento, Bahia, Brazil.

Habuit fundatores hoc monasterium Didacum Alvarem Correa ejusque uxorem Dominam Catharinam, qui jam an. 1582 erectio-

nem curaverunt; an. vero 1658 dono datum est religiosis O. S. B. a Duce Laurentio de Britto Correa, Catharinae pronepote.

Reverendissimus et Amplissimus Dominus,
D. JOVIANUS A. S. DELPHINO BARANNA,
Abbas,
nat. 9. Apr. 1825, prof. 1. Mart. 1841 in mon. Bahiensi.

7. ABBATIA DOMINAE NOSTRAE DE BROTAS,

IN CONFINIO S. FRANCISCI, DIOEC. ——.

Inscriptio epistolarum: ——

Anno circiter 1650 fundatum est hoc monasterium a monachis de monasterio Bahiensi.

Reverendissimus et Amplissimus Dominus,
D. EMMANUEL A SPIRITU S. MOITINHO,
Abbas,
nat. 21. Sept. 1825, prof. 7. Jun. 1840 in mon. Bahiensi.

PRAESIDENTIAE (Prioratus) QUATUOR

exstant omnesque sub jurisdictione Revmi Abbatis S. Pauli, in cujus provincia sunt constitutae. Sunt:

1.	Praesidentia *de Santos*,	3.	Praesidentia *de Parnahyba*,
2.	" *de Sorocabo*,	4.	" *de Jundiahy*.

PRAESES "*de Santos*" est:

R. P. Fr. Eugenius e Sá,
nat. 16. Oct. 1815, prof. 17. Sept. 1835 in monasterio Bahiensi.

Necrologium ab anno 1866.

Obierunt:

1866, 23. Feb. R. P. Fr. Ludovicus a S. Theodora in mon. Flum.
" 27. Maji " " Franciscus a Matre Dei " "

1867, 19. Mart. R. P. Fr. Hyacinthus a S. Barbara in mon. Bahiens.

1869, 7. April. R. P. Fr. Antonius a Reg. Angelorum in mon. Pernam.

" 1. Maji R. P. Fr. Antonius a Jesu M. Gomes in mon. Flum.

1870, 19. Nov. R. P. Fr. Camillus a Monserrato in mon. Flum.

1871, 22. Jul. R. P. Fr. Joachim ab Exilio in mon. Pernamb.

" 18. Aug. R. P. Fr. Joannes a Loreto " Flum.

1875, 17. Jun. R. P. Fr. Gamaliel a Reg. Angelorum in mon. Flum.

1876, 2. Jan. R. P. Fr. Joachim a S. Carolo in mon. Flum.

" 29. Maji Revmus. et Illmus. Dominus, D. Ludovicus a Concept. Saraiva, Episcopus S. Ludovici de Maragnano, prof. et def. in mon. Bahiensi.

" 11. Jun. R. P. Fr. Antonius a S. Benedicto Nunes in mon. Bahiensi.

" 29. Aug. R. P. Fr. Antonius a Patrocinio Araiyo in mon. Bahiensi.

Congregatio Gallica,

CASSINENSI AFFILIATA,

SUCCEDENS CONGREGATIONIBUS:

CLUNIACENSI, (fund. c. 910),
SS. VITONIS ET HIDULPHI, (fund. 1600),
S. MAURI, (fund. 1627),

A GREGORIO PP. XVI.

ERECTA A. D. 1837.

CONGREGATIO GALLICA.

PRAESES:

Reverendissimus et Illustrissimus Dominus,

D. LUDOVICUS CAROLUS COUTURIER,

Abbas Solesmensis.

1. ABBATIA S. PETRI,

SOLESMIS, DIOEC. CENOMANENSIS.

Inscriptio epist.: Solesmes, par Sablé s. Sarthe, France.

(NOTA. Quae sequuntur desumpta sunt ex libello historico de monasterio Solesmensi tractante, a Rev. Dom. Alph. Marcellino Guépin, monacho ipsius monasterii, gallico idiomate edito, Le Mans, 1875.)

Prioratus Solesmensis fundatus est A. D. 1010 a Gauffrido duce de Sabolis (Sablé), piissimo viro Ecclesiae ejusque sacerdotibus devotissimo. Qui postquam duas jam fundaverat parochias, ad finem vitae suae perenne quoddam voluit condere monumentum "in pacem suae suorumque animarum." Itaque a fratre suo emit collem Solesmensem, quem suo, de quo cogitabat, destinavit monumento. Quemadmodum eo tempore Christiani homines longe pluris atque verius, quam nunc, aestimarent ea, quae ad Dei servitium propriamque salutem spectarent, sic etiam Gauffridus pro sua pietate monasterium fundare decrevit, et Prioratum quidem, quem voluit subjectum dignissimae Abbatiae S. Petri de Cultura, jam 7mo saeculo a S. Bertrando in Cenomanensium civitate conditae.—Avesgaudus, Ep. Cenomanensis, ecclesiam S. Petri Solesmis dedicavit, praesentibus Episcopo Andegavensi et Abbatibus, Ingelbaudi et Raynaldo, necnon Hugone I., Duce, qui ratam habuit chartam fundationis, propria manu nomen subscribendo unacum Gauffrido, sua uxore Adeleidi, suo filio Drogone suoque fratre Rudolpho. Rambertus primus renuntiatus est Prior novi monasterii. Paullo post Gauffridus felicem oppetiit mortem et in ecclesia sepulturae traditus est, et brevi eum Adeleidis et Drogo ad aetherea secuti sunt habitacula.

Quae res gestae sunt, quaeque de Solesmensi Prioratu narrandae, nec multa nec varia sunt, quandoquidem remoto loco situs semper a divite potentique pendebat abbatia, independens erat nunquam, qua sola ratione specialem celebritatem acquisivit pariter nunquam. Per octo saeculorum cursum locus erat, quem solitudinis orationisque amatores libenter petierunt, alterius vero ingenii homines non raro improbarunt: quid vero mirum, si subinde humanae fragilitatis argumenta etiam hoc sacrato loco inveniantur?—

Anno 1375, Gulielmo Patry, doctrina ac pietate Priore insigni, monasterium fere subversum est ab irruentibus Anglis, anno vero 1425, Henrico de Vineis Priore ab iisdem Anglis penitus destructum est, qui omnia tradiderunt igni etiam scripta documenta plurima, quibus historia monasterii potuisset contexi. Praecipui Priores erant: *Philibertus de Cruce*, qui obiit circa 1480; *Matthaeus de-la-Motte* cognomento "rerum divinarum amicus", qui anno 1486 electus est Abbas S. Petri de Cultura; *Gulielmus Cheminart*, qui primus celeberrimam instituit sculpturam, D. N. J. C. tumulum exhibentem, cujus tamen artifex minime notus est hodie. Post annum Cheminart suam abdicavit dignitatem sed ulterius se dicavit sculpturae absolvendae; pie in Domino obdormivit provecta aetate anno 1550. *Philippus Moreau de S. Hilario* ab anno 1488 - 1505 Prior successit; eum secutus est *Joannes Bougler* oriundus Cenomanensis, professus S. Petri de Cultura, quem abbas Lutetiam Parisiorum misit, ubi postremos celebres scholae doctores audivit eorumque spiritus fervorem in se assumpsit. In monasterium redux ab abbate D. Michaele Bureau, ultimo abbate regulari, Joannes factus est plurium successive monasteriorum Prior, ac tandem Solesmensis. Solesmis vero disciplinam regularem aeque ac studia et bona temporalia fovit ita, ut sub eo maximam suam attigerit celebritatem. — Die 6. Jan. 1518 D. Michael Bureau e vivis decessit, eumque secutus est Episcopus de Senlis a Francisco I. abbas commendatarius designatus, quamquam quatuor antecessores fuerint regulares et unus tantum commendatarius ante illos fuerit. Monachi quidem libertatem recuperare conati sunt, quamobrem Joannem Bougler abbatem elegerunt, qui tale onus animi fortitudine suscepit, sed in inaequali lite omnino succumbere debuit. Vixit porro Prior Solesmensis, ubi praeclare gesta suae vitae sanctitatis necnon et ingenii argumenta indubia dederunt; mortuus est 11. April. 1556, aetatis anno 75.

Abhinc Solesmensis Prioratus commendatario simul ac interitus periculo traditus est. Anno 1628 D. Michael Laigneau, prior claustralis S. Petri de Cultura, Solesmas reformare aggressus est,

impeditus tamen a quodam *Gabriele de Sourches*, qui beneficium sibi de jure obtingere asseruit, idque per 40 annos occupavit, meliorem de cetero relinquens famam prae antecessoribus. Atque inprimis monasterium locupletavit magno thesauro quatuor sanctorum Martyrum reliquiis (S. Bonifacii, S. Maximi, S. Vitalis, S. Julianae) quae tamen postmodum tempore gallicanae subversionis sublatae sunt. Anno 1664 ad disciplinam reformandam monachis Congregationis S. Mauri monasterium commisit, qui jam 150 monasteria felici suscepti operis exitu reformaverant. Isti vero primo loco obtinuerunt, ut beneficium monachis relinqueretur, cum sustentationis media, deductis iis, quae commendatarium obtigerant, superarent fere nulla. Anno 1670 deinceps per plura triennia *Joseph de Ormes* et *Stephanus de Noyelle* e congregatione S. Mauri Priores fuerunt, qui una cum *Arnoldo Blouyn* administratore res omnes feliciter composuerunt. Nova vita Solesmas intravit. Monachi non tam monasterio quam potius Congregationi stabilitatis voto se obstrinxerunt, omnes sub uno Superiore Generali simul constituti; reformatorum judicio immediata cura animarum in parochiis verbique Dei in iisdem praedicatio relinquenda erat; uno verbo optimos reformatio produxit fructus, qui perdurarunt usque ad annum 1790, quo "civile" decretum cuncta religiosa instituta exstinxit. Ultimus Prior, Dom. de Sageon, suique monachi vitam duxerunt dispersi donec felici morte hanc cum altera commutarunt vitam.

Annis 42 desertum jacebat monasterium Solesmense. Etsi enim jam anno 1817 quidam e Congreg. S. Mauri superstites conarentur restaurare hoc coenobium, tamen irriti eorum conatus manserunt. Hoc opus, Deo disponente, reservatum erat *D. Prospero Ludovico Paschali Gueranger*. Natus Sabolii (Sablé) 4. April. 1805 a piissimis parentibus, jam fere a primordiis Deum audivit ad statum sacerdotalem eum vocantem, idoneusque videbatur magna sua fide et praeclaris ingenii dotibus, ac amore erga res sacras omnes praecipue erga sacram liturgiam. Tredecim annos natus Andegavense gymnasium adiit; ibique omnium in schola sociorum conciliavit sibi amorem, a quibus etiam "monachi" nomine appellari meruit. Hoc loco libros obtinuit ab illustri comite de Maistre scriptos, e quorum lectione magnum concepit amorem erga S. Sedem Romanam pariter ac gallicanorum errorum odium infensum. Ab hac schola ad Cenomanense transiit seminarium, ubi majore in dies amore sacram prosecutus est liturgiam. Cogitabat de amplectendo monasticae vitae instituto apud Montem Casinum, ubi spem sibi esse putabat, tum totum se posse sacrae liturgiae se devovere, sed ab epis-

copo a secretis designatus mittere desiderium suum debebat. Die 7. Oct. 1827 sacerdotio insignitus est eodemque die celebre antiquitus monasterium Marmoutier adiit Deum pro restauratione s. Ordinis Benedictini rogaturus. Paulo post prima vice Missale Romanum vidit statimque multiplici ratione dignum judicavit, quod praeferatur missalibus, quorum singulae fere dioeceses in Gallia propria habuerunt. Tum, 26. Jan. 1828, ab episcopo licentiam obtinuit in proprium usum adhibendi Breviarium Romanum, atque hoc ipso facto exordium sumpsit reductio in Gallia totius sacrae liturgiae ad unitatem Romanam.

Anno 1831 monasterium Solesmense publicae venditioni offerebatur. D. Guéranger occasionem transire non est passus, quin solvendo pretium locum sibi conaretur vindicare, ut sacrato loco, restituto s. Ordine Benedictino, monachi denuo Dei obirent servitium. Die 23. Jul. 1831 cum quibusdam sibi devotis Solesmas visendi causa adiit ac missam celebravit in hoc loco primam inde ab anno 1791. Plures sibi conciliaverat benefactores, quos inter praecipue nominandi: Comes de *Montalembert*, Marchio *Dreux-Breze* Domna *Gazeau*, Domna *Swetchine* ac piissima D. *Maria Cosnard* et D. *Perrine Cosnard*. Prae omnibus autem videntur mentione dignae Ven. Sorores de Visitatione Cenomanenses, quibuscum D. Guéranger novenam ad B. M. V. immaculate conceptam die 8. Dec. incepit. Paucis diebus peractis supra nominatae Maria et Perrine Cosnard venerunt et totam suam possessionem, 6,000 francorum, D. Guéranger dederunt, qui die 14. Dec. exoptatum locum comparavit; die vero 19. Dec. Episcopus D. D. Carron constitutiones approbavit. Ex quo tempore ob insignes obtentos favores Immaculata B. M. V. Conceptio et Ss. Cor Jesu speciali cultu a Solesmensibus celebrantur.—Die 11. Jul. 1833 Rev. D. Philippus Menochet, ad id munus ab Episcopo delegatus, quinque clericos et duos eorum famulos introduxit in locum jampridem divino servitio destinatum; ab eoque die usque ad 25. Dec. 1846 Romano ritu persoluta sunt officia liturgica cuncta, deinceps vero ritu monastico. Sacro habitu induti sunt tandem 15. Aug. 1836. D. Guéranger Romae apud S. Paulum extra muros vota religiosa ut filius S. P. Benedicti emisit die 26. Jul. 1837. Gregorius PP. XVI. per litteras "Innumeras inter" d. d. 1. Sept. 1837 Solesmas abbatiam constituit simulque caput declaravit novae congregationis Benedictinae sub nomine "Gallicae", Casinensi affiliatae ac congregationum Cluniacensis, SS. Vitonis et Hidulphi, ac S. Mauri haeredis. Iisdem litteris Dom. P. Guéranger designatus est Abbas Solesm., ac Superior

Congregationis generalis. Die 21. Nov. 1837 quatuor socii abbatis Guéranger vota emiserunt, atque sic parvulam illam composuerunt familiam, quae Deo afflante mire hucusque crevit atque in dies augetur.

MONACHI:

Ex hoc monasterio prodiit:

Eminentissimus et Reverendissimus Dominus
D. JOANNES B. PITRA,

S. R. E. Episcopus Cardinalis. (vid. pag. 3.)

Reverendissimus et Amplissimus Dominus,
D. CAROLUS LUDOVICUS COUTURIER,

Abbas, S. Congreg. Indicis Consultor,

in serie abbatum II., nat. apud Chemille, Dioec. Turonensis, 12. Maji 1817, sac. 6. April. 1842, sol. prof. 29. Jun. 1856, Abbas institutus 13. Mart. 1875.

Revmus P. D. Leo Antonius Phil. Bastide,

antehac Abbas S. Martini de Locogiaco,

nat. apud Aurillac, dioec. S. Flori, 21. Mart. 1823, sol. prof. 15. Aug. 1859.

3. R. P. D. Paulus Leo Piolin,

Prior claustralis,

nat. apud Bourgneuf, dioec. Valleguidonen., 17. Sept. 1817, sol. prof. 15. Jan. 1842.

4. R. P. D. Augustinus M. Seb. Fonteinne,

nat. apud Balée, dioec. Valleguidonen., 15. Sept. 1804, sol. prof. 21. Nov. 1837. Cellerarius.

5. R. P. D. Victor Eugenius Gardereau,

nat. apud Angers, dioec. Andegaven., 22. Oct. 1817, sol. prof. 31. Maji 1838. Decanus.

6. R. P. D. Angelus Ivo Le-Breton,
nat. apud Lanvallée, dioec. San-Briocen., 13. Nov. 1822, sol. prof. 5. Jan. 1844. Sacrista.

7. R. P. D. Desideratus Camill. Leduc,
nat. apud Angers, dioec. Andegaven., 21. Mart. 1819, sol. prof. 8. Sept. 1847.

8. R. P. D. Joannes Petrus Cadot,
nat. apud Sormonne, dioec. Rhemen., 15. Dec. 1814, sol. prof. 25. Feb. 1849.

9. R. P. D. Albertus Ferdinandus Noel,
nat. apud Carolopolim, dioec. Rhemen., 21. Jun. 1830, sol. prof. 15. Aug. 1854. Cancellarius.

10. R. P. D. Joannes Carolus Blanchamps,
nat. apud Blagny, dioec. Rhemen., 19. Mart. 1823, sol. prof. 8. Sept. 1858.

11. R. P. D. Emmericus Adolph. Follenfant,
nat. apud Feneu, dioec. Andegaven., 26. April. 1821, sol. prof. 15. Aug. 1858. Parochus parochiae B. M. V. cum monasterio unitae.

12. R. P. D. Leontius Ludov. Bimier,
nat. apud Bauné, dioec. Andegaven., 17. Jun. 1835, sol. prof. 5. Oct. 1858.

13. R. P. D. Aristides Joan. Viennet,
nat. apud Mesnay, dioec. San-Claudien., 29. Oct. 1832, sol. prof. 5. Oct. 1858. Lector theologiae pro recenter professis.

14. R. P. D. Arsenius Alph. Mondeville,
nat. apud La Poterie, archidioec. Rothomagen., 1. Jan. 1823, sol. prof. 18. Jul. 1863. Infirmarius.

15. R. P. D. Alph. Marcellinus Guépin,

nat. apud Quentin, dioec. San-Briocen., 27. Oct. 1836, sol. prof. 18. Jul. 1863.

16. R. P. D. Jos. Hydulphus Pothier,

Subprior, Decanus, Scriba Capituli,

nat. apud Bouzemont, dioec. San-Deodaten., 7. Dec. 1835, sol. prof. 9. Nov. 1863.

17. R. P. D. Stephanus Odo Leduc,

nat. apud S. Germanum de pratis, dioec. Andegaven., 16. Feb. 1813, sol. prof. 8. Feb. 1865.

18. R. P. D. Ludovicus Ambrosius Paquelin,

nat. apud Montmirail, dioec. Catalaunen., 14. Oct. 1820, sol. prof. 6. Jan. 1866.

19. R. P. D. Eduard. Florentinus Fonteneau,

nat. apud La Chaise-le-Vicointe, dioec. Lucionen., 17. Jan. 1841, sol. prof. 6. Jan. 1866.

20. R. P. D. Georgius Maria Legeay,

nat. apud Pontleroy, dioec. Blesen., 23. April. 1842, sol. prof. prof. 8. Sept. 1866.

21. R. P. D. Athanasius Ludov. Logerot,

Magister Novitiorum,

nat. apud Sablé, dioec. Cenomanen., 31. Oct. 1840, sol. prof. 8. Dec. 1867.

22. R. P. D. Albinus Flav. Massiou,

nat. apud La Rochelle, dioec. Rupellen., 23. Jan. 1825, sol. prof. 11. Julii 1868.

23. R. P. D. Joannes Bapt. Pothier,

nat. apud Bouzemont, dioec. San-Deodaten., 1. Nov. 1839, sol. prof. 1. Nov. 1868.

24. R. P. D. Carolus Rigault,
nat. apud Orleans, dioec. Aurelianen., 8. Jul. 1842, sol. prof. 8. Dec. 1871.

25. R. P. D. Lucianus M. Frosnage,
nat. apud S. Cyricum, dioec. Sagien., 8. Maji 1845, sol. prof. 29. Jun. 1873. Decanus, magister ceremoniarum.

26. R. P. D. Paulus Lafon,
nat. apud Lutet. Parisiorum, ejusd. archid. 7. Jan. 1848, sol. prof. 26. Jul. 1873.

27. R. P. D. Franciscus Jos. Jousse,
nat. apud Ligné, dioec. Valleguidonen., 5. Nov. 1807, sol. prof. 6. Feb. 1874.

28. R. P. D. Joseph Rabory,
nat. apud Barcelona, ejusd. dioec. Hisp., 23. Feb. 1843, sol. prof. 15. Sept. 1874.

29. R. P. D. Florimundus Houllier,
nat. apud Ouve Wirquin, dioec. Atrebaten., 19. Aug. 1835, sol. prof. 29. Apr. 1878.

30. R. P. D. Albertus L'Huillier,
nat, ——, dioec. Montis Pessulani, 6. Dec. 1852, sol. prof. 10. Feb. 1877.

31. R. P. D. Antonius Schmidt,
nat. apud Niort, dioec. Pictavien. 27. Dec. 1842, sol. prof. 9. Dec. 1878.

32. R. P. Robertus Marius Ferotin,
nat. apud Neufchatel, dioec. Valentinen., 18. Nov. 1855, sol. prof. 8. Sept. 1879. Diaconus.

33. R. P. Joannes B. Poissonneau,
nat. apud Poitevinière, dioec. Andegaven., 8. Mart. 1856, sol. prof. 12. Oct. 1879. Subdiaconus.

SIMPLICITER PROFESSI:

34. R. P. Stanislaus Lafon,

nat. apud Lut. Paris., ejusdem dioec., 15. Jan. 1856, prof. 8. Sept. 1878. Subdiaconus.

35. R. P. Andreas Mocquereau,

nat. apud Tessoualle, dioec. Andegaven., 6. Jun. 1849, prof. 9. April. 1877. Diaconus.

36. R. P. Albertus Lamy,

nat. apud Concarneau, dioec. Corisopiten., 23. Oct. 1856, prof. 9. April. 1877. Subdiaconus.

37. R. P. D. Robertus Jo. Chancerelle,

Magister novitiorum super conversos,

nat. apud Nantes, dioec. Nanneten., 17. Mart. 1832, prof. 14. Maji 1877. Sacerdos.

38. R. P. Martin. C. Coutelle de la Tremblaye,

nat. apud Tours, ejusdem archidioec., 8. Aug. 1856, prof. 21. Nov. 1877. Subdiaconus.

39. R. P. Maria Ferdinandus Cabrol,

nat. apud Marseilles, dioec. Massilien., 11. Dec. 1855, prof. 29. Sept. 1877. Subdiaconus.

40. R. P. Eduardus du Coetlosquet,

nat. apud Metz, dioec. Metten., 7. Oct. 1851, prof. 15. Aug. 1877. Diaconus.

41. R. P. Paulus Marcellus Cagin,

nat. apud Bethaniam, dioec. Atrebaten., 7. Jun. 1847, prof. 25. Maji 1879. Ostiarius.

42. R. P. Joannes Victor Sarlat,

nat. apud Rochefort, dioec. Rupellen., 15. Mart. 1830, prof. 25. Jun. 1878. Acolythus.

43. **R. P. Albertus Saint,**
nat. apud ——, dioec. Constantien., 12. Feb. 1851, prof. 12. Feb. 1878. Acolythus.

44. **R. P. D. Antonius Dubourg,**
nat. apud Montauban, dioec. Montalbanen., 28. Jan. 1853, prof. 29. April. 1878. Sacerdos.

45. **R. P. Benjaminus Heurtebise,**
nat. apud Sablé, dioec. Cenoman., 14. Maji 1856, prof. 15. Aug. 1878. Subdiaconus.

46. **R. P. Julius Maria Souben,**
nat. apud St. Pol-de-Leon, dioec. Corisopiten., 6. Jan. 1856, prof. 15. Aug. 1878. Subdiaconus.

47. **R. P. D. Victor Stephanus Baudry,**
nat. apud Cerizay, dioec. Pictavien., 28. Dec. 1810, prof. 29. April. 1879. Sacerdos.

48. **R. P. Joannes Ludovicus Pierdait,**
nat. apud Alluy, dioec. Nivernen., 27. Jan. 1827, prof. 29. April. 1879. Subdiaconus.

49. **R. P. Raphael Andoyer,**
nat. apud Lut. Paris., ejusdem archidioec., 29. April. 1859, prof. 25. Maji 1879. Subdiaconus.

50. **R. P. Leopold. Augustus Gaugain,**
nat. apud Jargé, dioec. Andegav., 12. Dec. 1857, prof. 8. Sept. 1879. Subdiaconus.

51. **R. P. D. Ludovic. Ernestus Foubert,**
nat. apud Sablé, dioec. Cenomanen., 27. Feb. 1853, prof. 12. Oct. 1879. Sacerdos.

52. **R. P. Stephanus Maria Babin,**
nat. apud Firmitatem Alaidis, dioec. Versalien., 26. Nov. 1858, prof. 12. Oct. 1879. Subdiaconus.

NOVITII:

1. Fr. Joannes Augustus Bouré,

nat. apud Lorient, dioec. Veneten., 24. April. 1858, indutus 8. Jul. 1878. Acolythus.

2. Fr. Ferdinandus Boudoux,

nat. apud Cateau-Cambresie, dioec. Cameracen., 10. Dec. 1858, indutus 8. Jul. 1878.

3. Fr. Caesar Eugenius Fabre,

nat. apud Marseilles, ejusdem dioec., 16. Aug. 1856, indutus 13. Jul. 1878.

4. Fr. Andreas Lenoble,

nat. apud Firmitatem Bernardi, dioec. Cenomanen., 16. Dec. 1859, indutus 25. Jul. 1878.

5. Fr. Eugenius Joumier,

nat. apud Tours, dioec. Turonen., 29. Nov. 1854, indut. 14. Aug. 1878.

6. Fr. Carolus Gabriel Meunier,

Cainonensis, dioec. Turonen., nat. 5. Jul. 1859, indut. 23. Oct. 1878.

7. Fr. Joannes Sauton,

nat. apud Bruyères, dioec. San-Deodaten., 14. April. 1856, indutus 28. April. 1879.

8. Fr. Leontius Chevallier,

nat. apud Nantes, dioec. Nanneten, 22. Jul. 1848, indutus 14. Jul. 1879.

9. Fr. Joseph Marsille,

nat. apud Lorient, dioec. Veneten., 11. Maji 1852, indutus 28. Sept. 1879. Sacerdos.

10. Fr. Maria Laurent,

nat. apud Cornimont, dioec. San-Deodaten., 24. Jan. 1841, indutus 11. Oct. 1879. Sacerdos.

11. Fr. Paulus Vannier,

nat. apud Bauné, dioec. Andegaven., 16. Mart. 1860, indutus 11. Oct. 1879.

12. Fr. Bernardus Joliet,

nat. apud Dijon, dioec. Divionen., 13. April. 1861, indutus 7. Dec. 1879.

FRATRES CONVERSI:

Professi: Undecim.
Novitii: Quinque.

In *Bibliotheca*, ex integro nova, volumina 25,000.

PAROCHIA

Nulla habetur, nisi unica Solesmensis, quae a multis saeculis monasterio erat unita. Prior monasterii parochus erat, sed a vicario sacerdote saeculari jugiter administrabatur parochia. Hodie, a 15 annis haec parochia ab Ordinario Revmo Cenomanensi data est Abbati S. Petri, qui praesentat unum ex monachis ad curam, et ille ab Episcopo institutionem accipit.

Necrologium inde ab anno 1866.

Obierunt:

1866,	29. Sept.	R. P. D. Joannes B. Courveille,	prof.	anno	29.
"	3. Nov.	" Franciscus Renon,	"	"	18.
"	17. Dec.	" Michael Michelot,	"	"	3.
1868,	24. Nov.	R. P. Guerrier (sine sacro ordine),	"	"	1.
1869,	18. Oct.	Fr. Conversus Petrus,	"	"	24.
"	8. Dec.	R. P. D. Hippolytus Givelet,	"	"	18.
1870,	7. Sept.	" Paulus Jausions, qui missus erat Vincennopolim, Indiana, America Septentrionalis, ibique obiit professionis anno 15.			

1871, 25. Aug.	R. P. D. Michael Bourges, professionis anno 5.	
1872, 3. Oct.	" Jo. Bapt. Nic.-Brémon, " " 33.	
1874, 17. Jan.	" Jo. Bapt. Bourgeteau, " " 34.	
1875, 30. Jan.	Revmus R. P. D. Prosper Guéranger, abbas Solesmensis et Fundator Congregationis Gallicae, professionis anno 38.	
" 26. Apr.	R. D. Joannes Ausure, *oblatus*, olim Vicarius generalis Ordinarii Parisiens., *aetatis* anno 80.	
1876, 21. Jan.	R. P. D. Ludovicus David, professionis anno 38.	
" 8. Apr.	Fr. Conversus Isidorus Caballero, Hispanus ex ordine Cisterc., indulto Gregorii PP. XVI. cooptatus die 4. April. 1842, professionis anno 40.	
" 21. Jul.	R. P. Paulus Lamy, Subdiac., " " 3.	
1877, 24. Aug.	R. P. D. Aemilianus Michegaut, prof. anno 14.	
1878, 18. Sept.	R. P. Jo. Bapt. O'Sout, acolythus, " " 41.	

2. ABBATIA S. MARTINI,

APUD LOCOGIACUM, DIOEC. PICTAVIENSIS.

Inscriptio epist.: Abbaye de St. Martin, Ligugé, pres Poitiers, Dept. de la Vienne, France.

Abbatia S. Martini de Locogiaco (Ligugé) ad Clenum (le Clain), duabus leucis ab oppido Pictavorum (Poitiers), S. Martinum, postea episcopum Turonensem, fundatorem habuit circa an. 360.

Sic describitur locus ab auctore gravi duodecimi saeculi, Guiberto abbate Gemblacensi in Belgio monasterium S. Martini, piae peregrinationis causa, visitante: "Locus iste (Ligugiacus) inter colliculos vineis nectareos, in plano vallis amoenissimae situs monachis et solitariam vitam diligentibus aptissimus, in quo vir beatus (Martinus) post regressum sanctissimi sui praeceptoris Hilarii secundum sibi monasterium instituit." (Epistola Guiberti recenter primum edita in opere, cui titulus: Saint Martin et son monastere de Ligugé, — Par Dom Chamard, Moine de Ligugé.)

Per aliquot annos pedum abbatiale Locogiacense tenuit S. Martinus, miraculis et virtutibus clarissimus. Mortuum Catechumenum suscitavit, ut legitur in libro *vitae S. Martini* a Sulpitio Severo scripto. Adhuc exstat cellula, nunc oratorium, in qua jacebat defunctus, cum beatus vir thaumaturgus ad vitam illum revocavit.

Frequentatur nostris temporibus praedicta capella pio concursu fidelium, ut etiam in elapsis saeculis, testantibus S. Gregorio Turonensi et Guiberto Gemblacensi, qui nonnulla miracula narrant. Sanctitate floruere plurimi discipuli S. Martini, inter quos *S. Sabinus*, monachus Locogiacensis, qui monasterio S. Sabini ad montes Pyraeneos nomen suum dedit; *S. Florentinus*, *S. Macarius*, *S. Felix de Smarvia*, cujus cella non longe a Locogiaco, rupe excisa, hactenus visitur.

Circa annum 373 S. Martino ad sedem Turonensem sublimato, nihil de Locogiacensi monasterio in sequentibus saeculis reperimus. Ineunte autem saeculo septimo, sic habet S. Gregorius Turonensis: "Tempore post habito, cum usque Pictavam accessimus urbem, libuit gratia tantum orationis monasterium Locogiacense adire, quo congregatam monachorum catervam locaverat beatus vir. Ibi enim mortuum primum suscitasse legitur; et ex illo, ad episcopatum ductus, scribitur. Ergo desideratum ego expetens locum, prosternor ad cancellos anguli, in quo dicitur defuncti spiritum reduxisse. Post effusas vero cum oratione lacrymas, ac celebratas solemniter missas, percunctor abbatem, si aliquod sibi Dominus miraculum ostendisset. Asseruitque ille, coram qui aderant fratribus, plerumque ibi illuminari caecos, ac debiles redintegrari." (De virtutibus S. Martini, Lib. IV., cap. XXX.) Deficiente saeculo, circa an. 690, *Ursinus* praeerat Locogiacensi monasterio, et rogante Ansoaldo, episcopo Pictaviensi, vitam S. Leodegardi (St. Léger), archidiaconi Pictaviensis, et postea episcopi Augustodunensis et martyris luculenter scribebat. Tempore ejusdem Ursini Abbatis florebat Defensor, praeclarus pietate et doctrina monachus, qui *librum Scintillarum* scripsit, nuper iterum editum in Bibliotheca Patrum Latinorum (D. Migne, vol. 88.) Caeterum ex Abbatibus monasterii Locogiacensis, post Ursinum, nullus ad nostram notitiam pervenit; dirutum est enim in communi Saracenorum et postea Normannorum clade.

De novo revixit in undecimo saeculo (circa 1069), sed cum magno honoris detrimento. Etenim ad cellae Prioralis conditionem redacta fuit sub auctoritate abbatiae Malleacensis (Maillezais), anno 1317 ad episcopalem dignitatem erecta. Remanebat tamen gloria quae de suo primo Parenti et Abbate in monasterio Martiniano refulgebat, et peregrini illuc, ut antea, affluebant, teste epistola jam citata Guiberti Gemblacensis: "Ad hunc ergo locum, susceptae peregrinationis ductu exigente, dum venissem, benigne a fratribus exceptus, et agnita adventus mei causa, humanissime trac-

tatus, ipsis ostendentibus, vidi loca, in quibus et mortuus suscitatus est, et aegri ab omni genere morborum curati; vidi montes et antra a quibus pernoxii viantibus, imperio et meritis ejus, daemones expulsi, et abacti serpentes; et in cunctis terminis fundi ejusdem magna perpetrata miracula."

Insuper anno 1307 Clemens PP. V., intra angustias cellae Locogiacensis, Pontificiae dignitatis includere amplitudinem non dedignatus est, et per aliquot dies quietam et solitariam, inter Patres, vitam duxit. De Liguciaco (sic) litteras de Templariis (affaires des Templiers) ad Philippum V., Galliae regem, subscripsit.

Tempore belli inter Anglos et Gallos, quod tot tantorumque malorum causa fuit in Aquitania, Prioratus Locogiacensis penitus dirutus est. Instaurationem circa finem XV. saeculi feliciter aggressus est *Joannes d'Ambois*, episcopus Malleacensis et Prior commendatarius Martiniani Monasterii; et post aliquot annos basilica et nonnulla aedificia, quae hactenus supersunt, a *Geoffrido d'Estissac*, et ipso episcopo Malleacensi et commendatario prioratus, fuerunt constructa. Sed paucis evolutis annis a calvinistis e claustris S. Martini detrusi monachi fuerunt.

Rebus sic se habentibus et loco sancto fere ex omni parte a monachis deserto, titulus prioratus a Paulo PP. V. extinctus est, et petente instanter rege Franciae, per Bullam diei 4. Maji 1607 bona monasterii Locogiacensis fuerunt Collegio Pictaviensi societatis Jesu recenter fundato concessa. Tempore eversionis Galliae (1792) venditis caeteris aedificiis, basilica S. Martini Parochialis efficitur. Haec infausta tempora finem tandem habuerunt. Sedem Pictaviensem ascenderat a quatuor annis Revmus et Illmus D. D. Eduardus Pie, novus Hilarius, fidei, eloquentiae et erga monachos dilectionis heres, aemulusque tenax. Incipiente ergo anno 1853, aedes S. Martini Locogiacensis acquisivit, et 25. Novembris ejusdem anni in his aedificiis restauratis, coadunavit monachos Congregationis Gallicae O. S. B. a Revmo Domino praeclarissimae memoriae Prospero Guéranger Solesmis fundatae.

Tribus evolutis annis, antiqua domus monastica Martiniana, eodem petente praesule, ad gradum abbatialem per Breve Pii PP. IX., s. m., 18. Nov. 1856 de novo erecta fuit; mansit nihilominus, obstantibus circumstantiis, simplex prioratus sub cura R. P. D. Petri Ferron usque ad diem 25. Nov. an. 1864, qua die nominatus a Revmo D. D. Abbate Guéranger, primus Abbas abbatiae renovatae Revmus D. D. Leo Bastide institutus est.

MONACHI:

Reverendissimus et Amplissimus Dominus,
D. JOSEPH BOURRIGAUD,

Abbas,

nat. apud Fillières, dioec. Andegaven., 17. April. 1821, sac. 16. Jan. 1848, sol. prof. 12. Dec. 1872, abbas institutus 3. Jan. 1877.

2. Adm. R. P. D. Petrus Maria Ferron,

Prior,

nat. apud Le Pin-en-Mauge, dioec. Andegaven., 30. April. 1814, sol. prof. 15. Aug. 1852, sac. 4. Jun. 1838.

3. R. P. D. Eugenius Joannes Gourbeillon,

nat. apud Chaumont, dioec. Andegaven., 5. Aug. 1814, sol. prof. 21. Nov. 1837, sac. 1. Jun. 1849.

4. R. P. D. Carolus Lafontaine,

nat. apud Beauvais, dioec. Bellovacen., 8. Jul. 1813, sol. prof. 21. Mart. 1841, sac. 5. Jun. 1841.

5. R. P. D. Renatus Bouleau,

nat. apud Gennes, dioec. Valleguidonen., 17. Oct. 1812, sac. 19. Dec. 1835, sol. prof. 5. Oct. 1846. Parochus.

6. R. P. D. Joannes Ludov. Pradier,

Subprior,

nat. apud Uzech, dioec. Cadurcen., 29. Oct. 1820, sol. prof. 15. Oct. 1846, sac. 1. Jun. 1849.

7. R. P. D. Alexander Maria Lenain,

nat. apud Arras, dioec. Atrebaten., 8. Dec. 1818, sol. prof. 21. Nov. 1853, sac. 8. Oct. 1856.

8. R. P. D. Franciscus Chamard,

nat. apud Cholet, dioec. Andegaven., 16. April. 1828, sac. 17. Dec. 1853, sol. prof. 15. Aug. 1856.

9. R. P. D. Joseph Maria Petiteau,

nat. apud Beaupreau, dioec. Andegaven., 5. Dec. 1813, sac. 17. Dec. 1839, sol. prof. 15. Aug. 1858.

10. R. P. D. Franciscus Mich. Plaine,

nat. apud Bedée, archidioec. Rhedonen., 26. Oct. 1833, sac. 6. Jun. 1857, sol. prof. 11. Jul. 1862.

11. R. P. D. Anatolius Le Poullen,

nat. apud Rennes, archidioec. Rhedonen., 30. Maji 1833, sac.—, sol. prof. 11. Dec. 1870.

12. R. P. D. Antonius Julius Bessiere,

nat. apud Castres, archidioec. Albien., 10. Feb. 1829, sac. 21. Maji 1853, sol. prof. 3. Maji 1871.

13. R. P. D. Eliacim Viaud,

nat. apud St. Martin, Isle de Ré, dioec. Rupellen., 10. Mart. 1821, sac. ———, sol. prof. 29. Jun. 1873.

14. R. P. D. Maria Ferdinand. Romary,

nat. apud Granvillers, dioec. San-Deodaten., 7. Oct. 1843, sac. 17. Maji 1867, sol. prof. 15. Jan. 1878.

15. R. P. D. Cajetanus Froment,

nat. apud Caylux, dioec. Petrocoren., 15. Jul. 1835, sac. ———, simpl. prof. 5. Feb. 1877.

16. R. P. D. Eduardus Buchot,

nat. apud St. Germain-en-Bois, dioec. Augustodun., 1. Nov. 1838, sac. ———, simpl. prof. 29. Apr. 1878.

17. R. P. D. Franciscus Buchot,

nat. apud St. Germain-en-Plain, dioec. Augustodun., 19. Dec. 1835, sac. ———, simpl. prof. 29. Apr. 1879.

18. R. P. D. Franciscus Aubry,

nat. apud St. Pierre d'entre monts, dioec. Sagien., 21. Maji 1832, sac. 29. Jun. 1857, sol. prof. 6. Jan. 1866.

19. R. P. Antonius Carlhian,

nat. apud Briançon, dioec. Vapincen., 27. Dec. 1824, sol. prof. 9. Oct. 1877. Acolythus.

Fratres conversi: Quatuor.

Bibliotheca monasterii 10,000 volumina continet.

Parochia S. Martini a duobus monachis administratur, quorum unus parochus est, alter vicarius. Non licet eis dormire vel manducare extra septa monasterii, nisi urgente gravi necessitate. Parochia 1500 fideles numerat.

Necrologium inde a 1. Jan. 1866.

Obierunt:

1875, 13. Jul.,	R. P. D.	Augustus Lassaine,	an. aet.	55,	prof.	14.
1879, 29. Dec.,	"	Hyacinth. Lepretre,	" "	74,	"	24.

---

3. ABBATIA S. MARIAE MAGDALENAE,

MASSILIAE, DIOECESIS MASSILIENSIS.

Inscriptio epist.: Abbaye de St. Marie Madeleine, Marseille, France.

Restauratum est monasterium A. D. 1863.

MONACHI:

Reverendissimus et Amplissimus Dominus,

D. JACOBUS CHRISTOPHORUS GAUTHEY,

Primus Abbas,

nat. apud Bourbon-Lancy, dioec. Augustodunen., 8. Jul. 1833, sac. ——— 1857, sol. prof. 19. Apr. 1863, abbas institutus 4. April. 1876.

2. R. P. D. Franc. Le-Menant des Chenais,

Prior,

nat. apud Chateau-Giron, archidioec. Rhedonen., 1. Mart. 1820, sol. prof. 6. Jul. 1868.

3. **R. P. D. Joannes Baptist. Garnier,**
nat. apud Luc, dioec. Forojulien., 21. Oct. 1829, sol. prof. 21. Jan. 1854.

4. **R. P. D. Jacobus Theophil. Berengier,**
Subprior,
nat. apud Marseilles, dioec. Massilien., 1. Aug. 1827, sol. prof. 10. Feb. 1854.

5. **R. P. D. Adolphus Forgeois,**
nat. apud Arras, dioec. Atrebaten., 17. Dec. 1816, sol. prof. 16. Maji 1854.

6. **R. P. D. Paulus Dionys. de Hansy,**
nat. apud Paris, archidioec. Parisien., 15. Feb. 1836, sol. prof. 8. Sept. 1866.

7. **R. P. D. Henricus Anselm. Bauchet-Filleau,**
nat. apud Poitiers, dioec. Pictavien., 1. Dec. 1842, sol. prof. 1. Aug. 1868.

8. **R. P. D. Raymundus Frideric. Chesnel,**
nat. apud Cholet, dioec. Andegaven., 12. Sept. 1844, sol. prof. 16. Maji 1869.

9. **R. P. D. Hippolytus Joan. Lefaye,**
nat. apud Labarre-en-Ouche, dioec. Ebroicen., 7. Feb. 1814, sol. prof. 9. Mart. 1873.

10. **R. P. D. Victor Leo Lemarchand,**
nat. apud Horps, dioec. Valleguidonen., 8. Sept. 1821, sol. prof. 29. Jun. 1873.

11. **R. P. D. Amatus Augustus Graux,**
nat. apud S. Venantium, dioec. Atrebaten., 15. Sept. 1833, sol. prof. 1. Nov. 1875.

12. **R. P. D. Augustinus Joseph Graux,**
nat. apud S. Venantium, dioec. Atrebaten., 8. Mart. 1828, sol. prof. 10. Feb. 1876.

13. R. P. D. Stephanus Carolus Bourrigaud,
nat. apud Andrezé, dioec. Andegaven., 7. Nov. 1850, sol. prof. 15. Jan. 1876.

14. R. P. D. Henricus Paulus Jaubert,
nat. apud Marseilles, dioec. Massilien., 11. Nov. 1852, sol. prof. 14. Jul. 1877.

15. R. P. Joannes B. Philip. Gibbal,
nat. apud Marseilles, dioec. Massilien., 1. Maji 1846, sol. prof. 6. Jan. 1877. Diaconus.

16. R. P. Ludovicus Leveque,
nat. apud Roquemaure, dioec. Nemausen., 15. Mart. 1830, sol. prof. 29. Apr. 1878.

17. R. P. Ulysses Sosthenes Hébert,
nat. apud Flers, dioec. Sagien., nat. 13. Dec. 1852, simpl. prof. 29. April. 1878.

Fratres conversi: Quatuor.

In *Bibliotheca*, ab instauratione monasterii collecta, habentur 25.000 volumina. Neque Prioratus, neque expositurae, neque collegia, neque *parochia* ulla pendet ab hac abbatia, sed ecclesia abbatialis frequentatur a plebe ad opus catechizationis tantum.

Necrologium ab anno 1866:

Obierunt:

1872, 12. Feb.	R. P. D.	Eugen. Greg. Viaud	an. aet. 55,	prof.	9.
1878, 16. Jun.	"	Marius Felix Bunod	" " 45,	"	13.

ENUMERATIO
totius Congregationis.

S. R. E. Cardinalis	1.	Abbates	3.
Sacerdotes	66.	Diaconi	4.
Subdiaconi	11.	Clerici	4.
Novitii	12.	Conversi Professi	19.
Conversi Novitii	5.	Monasteria	3.
Parochiae	2.	Obierunt	21.

CONGREGATIO
AMERICANO--CASSINENSIS
SUB TITULO
SANCTORUM ANGELORUM CUSTODUM,
A PIO PP. IX., FEL. REC., ERECTA
per Breve datum 24. Aug. 1855,

COMPLECTENS MONASTERIA:

1. Abbatiam S. Vincentii a Paulo,
2. " S. Ludovici,
3. " S. P. N. Benedicti,
4. Prioratum S. Malachiae.

CONGREGATIO AMERICANO-CASSINENSIS.

PRAESES:

Reverendissimus et Amplissimus Dominus,
D. BONIFACIUS WIMMER,
designatus Praeses 24. Aug. 1855,
ad dies vitae confirmatus 27. Jul. 1867.

VISITATORES:

Reverendissimus et Amplissimus Dominus,
D. ALEXIUS EDELBROCK,
Abbas S. Ludovici.

Reverendissimus et Amplissimus Dominus,
D. INNOCENTIUS WOLF,
Abbas S. Benedicti.


PROCURATOR IN CURIA:

Reverendissimus et Amplissimus Dominus,
D. ANGELUS PESCETELLI,
Abbas S. Mariae, Farfae,
(supra pag. 124.)

Ex hac Congregatione prodierunt
REVERENDISSIMI PRAESULES VIVENTES:

Illustrissimus et Reverendissimus Dominus,
D. LUDOVICUS M. FINK,
(supra pag. 10.)

Illustrissimus et Reverendissimus Dominus,
D. RUPERTUS SEIDENBUSCH,
(supra pag. 11.)



1. ABBATIA S. VINCENTII A PAULO,

IN COM. WESTMORELAND, DIOEC. ALLEGHENEN.

Inscriptio epist.: St. Vincent's Abbey, Beatty P. O., Westmoreland Co., Pa., North America.

Fundatum est hoc monasterium a P. Bonifacio Wimmer (modo coenobii Revmo D. Abbate) A. D. 1846. Qui quidem anno 1833 professus est S. P. N. Benedicti institutum in monasterio Mettenensi, de quo supra, pag. 174, pauca sunt allata. Duodecim annis in animarum cura aeque ac in erudiendis juvenibus Mettenae et Monachii operam impenderat indefessam, donec maximum, quo tenebatur, complere potuit desiderium. Cupiebat enim admodum in alia terrae plaga pristinorum Benedictinorum opera pro suo modulo repetere, sive quae ad aliorum multorum spectarent animae salutem, sive quae (comparative loquor) ad paucorum cederent in religione perfectionem. Alii equidem, sed neque pauci, fiduciam tanti operis vix habuerunt, at quem Deus ad hoc opus vocavit, ipse cum paucis comitantibus sociis arripuit iter, a multis benefactoribus collata stipe, inter quos maxime laudandus Bavariae rex Ludovicus I. munificentissimus. Mense Septembri P. Bonifacius venit ad episcopum Pittsburghensem, D. D. Michaelem O'Connor, qui benigne eum excepit ac paullo post ad locum deduxit, ubi nunc collocatum est monasterium S. Vincentii. Aderat ecclesia, quae modo abbatialis est, cum parvula domo, habitationi sacerdotis destinata. Cohaerebat fundus 313 jugerum, quem unacum alio 154 jugerum, 7 milliariis distantem, annis 1789 et 1790, comparaverat Rev. P. Theodorus Brouwers, Ord. min. Conventualium missionarius. Iste P. Theodorus aliquando missionarius in occidentali India huc venerat, ut mediis in sylvis (ubi indigeni, quos dicunt, Indiani erant adhuc numerosi) sparsis fidelibus religionis praeberet pabula. Utrumque fundum, "O'Neil's Victory", penes rivulum Loyalhanna, et "Sportsmanshall", ubi nunc S. Vincentii, legitimo testamento successori parocho certis sub conditionibus reliquit: quod documentum die 24. Oct. 1790 coram testibus notarioque publico propria manu subscripsit.—P. Theodorus Brouwers saepius praedicebat ex hoc loco, scil. Sportsmanshall, multos exituros esse sacerdotes, et ecce nunc! iste propheta genuinus fuit! Etenim 56 post annis, eodem die 24. Oct. 1846, P. Bonifacius O. S. B. successor evasit P. Theodori, O. M. C., ipsomet disponente episcopo.

Ab eo vero tempore miro modo parvula colonia cepit incremen-

Austriacus, nat. Handenberg 15. Jan. 1840, simpl. prof. 24. Sept. 1867, sol. prof. 1. Oct. 1871, sac. 26. Jul. 1870.

20. R. P. Gabriel Pacholik, S. T. D.,

Magister Novitiorum,

Moravus, nat. Magno-Teinic 16 Jul. 1844, simpl. prof. 24. Sept. 1867, sol. prof. 6. Nov. 1870, sac. 11. Jun. 1870.

21. R. P. Aegidius Klimetschek,

Austriacus, nat. Friedburg 22. April. 1848, simpl. prof. 24. Sept. 1868, sol. prof. 1. Oct. 1871, sac. 31. Maji 1871.

22. R. P. Wolfgangus Schwenke.

Salisburgensis, nat. Salisburgi 30. April. 1843, simpl. prof. 24. Sept. 1868, sol. prof. 1. Oct. 1871, sac. 6. Oct. 1870.

23. R. P. Martinus Krach,

Salisburgensis, nat. Salisburgi 23. Nov. 1843, simpl. prof. 4. Nov. 1870, sol. prof. 9. Nov. 1873, sac. 6. Oct. 1870.

24. R. P. Rupertus Grassl.

Salisburgensis, nat. Abtenau 13. Mart. 1847, simpl. prof. 4. Nov. 1870, sol. prof. 9. Nov. 1873, sac. 25. Jul. 1872.

25. R. P. Virgilius Weitgasser,

Salisburgensis, nat. Altenmarkt 9. Sept. 1849, simpl. prof. 24. Jul. 1873, sol. prof. 13. Aug. 1876, sac. 23. Jul. 1873.

26. R. P. Petrus Coel. Dittel.

Salisburgensis, nat. Salisburgi 15. Dec. 1844, simpl. prof. 24. Jul. 1873, sol. prof. 13. Aug. 1876, sac. 25. Jul. 1872.

27. R. P. Gregorius Reitlechner,

Salisburgensis, nat. Salisburgi 23. Oct. 1849, simpl. prof. 24. Jul. 1873, sol. prof. 13. Aug. 1876, sac. 23. Jul. 1873.

28. R. P. Benedictus Haidenthaler.

Salisburgensis, nat. Salisburgi 25. Feb. 1854, simpl. prof. 14. Sept. 1876, sol. prof. 24. Sept. 1879, sac. 18. Dec. 1879.

29. R. P. Meinradus Buchner,

Salisburgensis, nat. Niedernsill 29. Aug. 1824, simpl. prof. 27. April. 1878, sac. 18. Jul. 1850.

30. **R. P. Leo Empl,**

Salisburgensis, nat. Bramberg 22. Oct. 1827, simpl. prof. 27. Nov. 1879, sac. 1. Aug. 1851.

31. **R. Fr. Placidus Hofer,**

Salisburgensis, nat. Bramberg 25. Aug. 1850, simpl. prof. 14. Sept. 1876, sol. prof. 24. Sept. 1879, subdiac. 12. Oct. 1879.

32. **R. Fr. Romanus Fercher,**

Salisburgensis, nat. Kirchenthal 9. Nov. 1856, simpl. prof. 14. Sept. 1876, sol. prof. 24. Sept. 1879, subdiac. 12. Oct. 1879.

33. **R. Fr. Vitalis Jaeger,**

Tyrolensis, nat. Hall 3 Dec. 1858, simpl. prof. 14. Sept. 1876.

34. **R. Fr. Joannes B. Wagner,**

Tyrolensis, nat. Kirchdorf 11. Jan. 1857, simpl. prof. 15. Sept. 1877.

35. **R. Fr. Ildephonsus Gschwandtner,**

Salisburgensis, nat. Dorfbeuern 22. Dec. 1857, simpl. prof. 15. Sept. 1877.

36. **R. Fr. Isidorus Groesslhuber,**

Salisburgensis, nat. Dorfbeuern 14. Sept. 1852, simpl. prof. 15. Sept. 1877.

37. **R. Fr. Leander Itzlinger,**

Salisburgensis, nat. Hallein 18. Dec. 1857, simpl. prof. 15. Sept. 1877.

Fratres Conversi: Sex.

Monasterium S. Petri possidet *bibliothecam* plus quam 50,000 voll., inter quae 450 codices membraneos; porro collectionem insignem *mineralogicam*.

ECCLESIAE

monasterio incorporatae, quarum curam habent RR. PP. huj. mon., sunt:

1. *Plain*, Superioratus ad B. M. V. thaumaturgam, prope Salisburgum, fund. 1675, cum 4 monachis.

imperatorem Henricum II. instauratum est atque, quamquam identidem et incendio et hostium ferocia per partes corruerat, tamen divina protegente gratia omnibus periculis per saecula ita restitit, ut neque saec. XVI. tempore reformationis, neque saec. XVIII., imperitante quam dicunt illuminatione, oppressum an. 1877 celebrare potuerit solemnitatem saeculi a fundatione undecimi.

Ad mentem fundatoris in regionibus circumjectis, quae usque ad finem saeculi superioris pertinebant ad dioec. Passaviensem, multae conditae sunt stationes ad religionem christianam propagandam, e quibus altero saeculi undecimi dimidio, approbante Episcopo Passaviensi *Altmanno* et consentiente Papa Alexandro III., exstiterunt primae parochiae, ubi multae ecclesiae atque in iis magnificae exstruebantur. Ab abbate *Eremberto II.* (1669–1703) in omnes parochias incorporatas missi sunt sacerdotes capitulares. Nostris vero temporibus monasterium Cremifanense dioecesi Lincensi, an. 1784 erecta, continetur ejusque jurisdictioni spirituali commissa sunt circiter 42,000 fidelium, qui a 47 sacerdotibus capitularibus reguntur in sequentibus 24 ecclesiis parochialibus, 18 filialibus et oratoriis, praeter *ecclesiam claustralem*, quae an. 1784 dignitate ecclesiae parochialis ornata est, quae modo numerat animas 4032; cujus ecclesiae filiales sunt: ad *S. Stephanum* in Kirchberg; ad *S. Joannem B.* in oppido; ad *S. Crucem*; ecclesia in monte Calvariae; sacellum Academicum; capella privata in arce Kremseck.

1. Adlwang, *B. M. V.* 7 *dolor.*, sacris peregrinationibus celeberrima, erect. saec. XI., parochialis ab an. 1785, cum sac. 1, animabus 702.

2. Allhaming, *S. Georgii. Mart.*, erect. saec. XIII., parochialis ab an. 1785., cum sac. 1, animabus 735.

3. Buchkirchen, *S. Jacobi Ap.*, antiquissima, cum filiali in Mistelbach ad *S. Margaritam*, cum sac. 2, animab. 1989.

4. St. Conrad, *S. Conradi*, filialis parochiae Viechtwang, parochialis ab an. 1784, cum sac. 1, animabus 775.

5. Eberstallzell, *S. Udalrici*, parochialis ab an. 1609, cum sac. 2, animabus 1367.

6. Eggendorf, *B. M. V. assumptae*, parochialis ab an. 1784, cum sac. 1, animabus 540.

7. Fischlham, *S. Petri, Ap.*, erecta saec. XII., parochialis ab anno 1267, cum filiali ad *S. Georgium*, cum sac. 1, anim. 873.

8. Gruenau. *S. Jacobi, Ap.*, erecta saec. XII., parochialis ab initio saec. XIV., cum sac. 2, animabus 1738. Huc pertinent filialis in Jacobsbrunn et capella privata in Almsee.

9. Hall, *S. Margaritae, V. M.*, cujus amplissimum territorium una cum saluberrimis fontibus et salinis ab ipso fundatore monasterio traditum est, parochialis ab an. 1781, cum sac. 1, animabus 1258.

10. Kematen, *S. Martini, Ep.*, erecta saec. XII, cum sac. 2, anim. 2374.

11. Kirchham, *S. Laurentii, M.*, parochialis a saec. XIV. cum sac. 2, animabus 1494.

12. Magdalenenberg, *S. Magdalenae*, olim sacris peregrinationibus frequentata, parochialis ab an. 1785, cum sac. 1, animabus 472.

13. Neuhofen, *S. Matthaei*, erect. saec. IX., parochialis ab an. 1635, cum sac. 2. animabus 1453.

14. Pettenbach, *S. P. Benedicti*, erect. saec. VIII., cum. sac. 3, animabus 3421.

15. Pfarrkirchen, *S. Georgii*, erect. saec. VIII., cum sac. 2, animabus 1441. Asservatur in ea particula pretiosissimi sanguinis D. N. J. C., an. 1714 acquisita. — Huc pertinent filialis *S. Blasii* in Prucherswang et capella privata in arce Feieregg.

16. Ried, *S. Nicolai, Ep.*, erect. et parochialis jam saec. XI., cum sac. 2, animabus 1819. Includit filiales ad *S. Jacobum* in Weigantsdorf et *B. Mariae V.* in Haslach.

17. Rohr, *B. M. V.*, olim capella priv. Dominorum de Rohr, an. 1150 monasterio tradita, parochialis ab an. 1784, cum sac. 1. animabus 585. — Ecclesia filialis ad *S. Petrum* in Oberrohr, erect. 1476.

18. Sipbachzell, *S. Michaelis. Archang.*, erect. saec. XII. Nova ecclesia extructa est gothico stylo an. 1478 in hon. *S. Margaritae* dedicata; parochialis a saec. XIV. exeunte, cum sac. 2, animabus 1455.

19. Steinkirchen, *S. Martini. Ep.*, erect. saec. IX., parochialis a saec. XI. cum sac. 2, animab. 1895. Huc spectat capella in Almeck.

20. Steinhaus, *Omnium SS. Apost.*, erect. saec. XIII., parochialis ab an. 1784, cum sac. 2, animab. 1368. Ecclesia filialis in Taxlberg.

21. Thalham, *S. Stephani, Proto-M.*, erect. saec. X., cum sac. 3, animab. 1832. Ecclesiae filiales: antiquissima basilica *S. Aegidii*; eccl. *B. M. V. assumptae* in Schauersberg, sacris peregrinationibus adhuc celebris.

22. Viechtwang, *S. Joannis, Ev.*, fundata 1146, parochialis ab an. 1159, cum sac. 3. animab. 3296. Ecclesia filialis *S. Georgii* in arce Schornstein.

23. Vorchdorf. *B. M. V. assumptae*, erecta saec. XII., parochialis ab an. 1248, cum sac. 3. animabus 3370. Ecclesiae filiales: *S. Bartholomaei, Ap.* in Einsiedling; *SS. Apost. Petri et Pauli*, capella in Eggenberg.

24. Weisskirchen, *B. M. V. assumptae*, erecta saec. XII., cum sac. 2, animabus 1210.

Ad augendum divini cultus splendorem atque excolendum cantum ecclesiasticum Fredericus I. an. 1300 ludum cantorum aperuit multaque conquisivit opera ad *musicam* spectantia, et omnes fere Abbates summam in eo collocarunt operam, ut in seminario quodam, cui ab an. 1643 nomen est "Museum," pueri in re musica tam sacra quam profana erudirentur, atque nunc certus numerus juvenum studiosorum aut gratuito aut fere gratuito hunc ad finem sustentatur. — Praeter cultum divinum et curam animarum Cremifani maxima semper cura impendebatur juventuti diligentissime educandae atque instituendae. Itaque jam tempore Abbatis Alrami I. (1093–1121) schola claustralis commemoratur ab exteris quoque frequentata; anno tandem 1549 per Gregorium Lechner, Abbatem, aperiuntur scholae latinae sive Gymnasium, quod Abbas Placidus ita auxit, ut theologiam, philosophiam atque linguas orientales curaret tradendas. Praeprimis auspiciis Alexandri III. Abbatis (1731–1759) literarûm studium floret vigetque; augetur in Gymnasio, quod tunc temporis sex erat classium, numerus magistrorum; instituitur an. 1739 "Lyceum," in quo ex cathedra traditur logica, metaphysica, mathematica; "Museum" amplificatur; conditur "Academia Nobilium," in qua docentur disciplinae theologiae ac jurisprudentiae; *specula quoque astronomica* exstruitur. — Academia, pro cujus incremento nullis parcebatur impensis, temporum iniquitate exstincta est an. 1789; imo ipsum monasterium, ut erat illius aetatis inclinatio, ne jamjam e vivis tolleretur vix decreto Imperatoris benevolentissimo prohibitum est an. 1788. In Academiae locum auctore Francisco I., Austriae Imperatore, an. 1804 substituitur "Convictus" adolescentium studiosorum, ubi hoc anno 1879. uno directore et quattuor praefectis administrantibus, 80 alumni sustentantur, erudiuntur, reguntur. — Gymnasium et Liceum, quae temporum decursu varias formas induebant, ex nova studiorum ratione, an. 1850 coaluerunt in Gymnasium superius et inferius octo classium, an. 1879 frequentatur a 333 discipulis, regitur ab uno directore et 18 professoribus iisque omnibus monasterii capitularibus. — Specula illa astronomica, per Abbatem Alexandrum III. educta, omnibus abhinc Abbatibus magnae curae erat; est enim

locupletissime et magnificentissime instructa omnibus illis, quae ad rem astronomicam, physicam, historiam naturalem pertinent, ita ut observatorii director ejusque adjunctus habeant quod universitatis literariae postulatis juste satisfaciat; accedit quod in hac ipsa specula institutum est observatorium magneticum et metereologicum, pretiosissimis instrumentis expeditum.

Bibliotheca denique, armamentarium illud monasterii necessarium, thesauros amplissimos continet pro ingeniis in omnibus scientiarum disciplinis excolendis. Inter fautores egregios Abbas Fredericus I. (1273–1325) adeo excellit, ut "Pater bibliothecae" appellatus sit. Nunc continet bibliotheca, quae a bibliothecario ejusque adjuncto administratur, voluminum plus 70,000; vetusta manuscripta 1700; incunabula, in quibus rarisima extant, 1900; insuper in specula astronomica asservantur voluminum circiter 10,000 continentium res astronomicas, mathematicas, historiam naturalem; ad juvenum studiosorum et professorum separatim exstat "bibliotheca gymnasialis" voluminum 4400.

MONACHI:

Reverendissimus et Amplissimus Dominus, D. COELESTINUS GANGLBAUER,

Abbas,

in serie Abbatum LXIX. a Thanstetten Austr. super. nat. 20. Aug. 1817, sol. prof. 25. Aug. 1842, sac. 22. Jul. 1843, Abbas electus 19. Apr. 1876, postridie infula decoratus; Austriae Imperatoris et Episcopi Lincensis Consiliarius; inclyti Imperial. Austr. Ord. Francisci Josephi Commendator; Optimat. curiae in comit. Imper. ad dies vitae sodalis a S. C. R. A. Majestate denominatus; Perill. Praelatorum provinciae Austr. super. Primas; Convictus et C. R. Gymnasii Cremifa. Patronus; C. R. societ. oecon. Austr. super. Praeses; Musei Franc.-Lincii sodalis.

2. Adm. R. P. Sigismundus Felloeker,

Prior.

a Neuhofen Austr. nat. 19. Feb. 1816, sol. prof. 23. Sept. 1839, sac. 25. Jul. 1840.

3. Pl. R. P. Lucas Assam,

Subprior,

a Rottenmann Styriae nat. 13. Jun. 1813, sol. prof. 22. Sept. 1835, sac. 30. Jul. 1836.

4. **R. P. Theophilus Hormbauer,**

a S. Ulrich Austr. nat. 3. Oct. 1809 sol. prof. 22. Sept. 1834, sac. 25. Jul. 1835.

5. **R. P. Constantinus Grinzenberger,**

a Seisenburg Austr. nat. 4. Sept. 1812, sol. prof. 22. Sept. 1836, sac. 18. Mart. 1837.

6. **R. P. Gerardus Schmirdorfer,**

a Muenzkirchen Austr. nat. 18. Dec. 1812, sol. prof. 21. Sept. 1837, sac. 25. Jul. 1838.

7. **R. P. Benno Fuchs,**

ab Oehling Austr. nat. 3. Maj. 1813, sol. prof. 24. Sept. 1838, sac. 15. Jul. 1839.

8. **R. P. Columbanus Fruhwirth,**

a Lasberg Austr. nat. 1. Nov. 1813, sol. prof. 24. Sept. 1838, sac. 15. Jul. 1839.

9. **R. P. Edmundus Forsthuber,**

a Gruenburg Austr. nat. 26. Nov. 1811, sol. prof. 22. Sept. 1836, sac. 18 Mart. 1837.

10. **R. P. Raymundus Gundhold,**

ab Hall Austr. nat. 8. Jun. 1815, sol. prof. 23. Sept. 1839, sac. 25. Jul. 1840.

11. **R. P. Florianus Wimmer,**

a Steinhaus Austr. nat. 22. Sept. 1816, sol. prof. 29. Sept. 1840, sac. 24. Jul. 1841.

12. **R. P. Victorinus Berndl,**

a Viechtenstein Austr. nat. 1. Nov. 1816, sol. prof. 29. Sept. 1840, sac. 24. Jul. 1841.

13. **R. P. Amandus Baumgarten,**

a Passavia Bavar. nat. 31. Dec. 1819, sol. prof. 24. Aug. 1843, sac. 15. Jul. 1844.

14. **R. P. Ernestus Wurm,**

a Kematen Austr. nat. 13. Jan. 1820, sol. prof. 27. Dec. 1845, sac. 18. Jul. 1846.

15. R. P. Romualdus Lang,
a Wels Austr. nat. 12. Oct. 1821, sol. prof. 27. Aug. 1845, sac. 18. Jul. 1846.

16. R. P. Aloysius Kerschischnigg,
a Laibach Illyriae nat. 13. Dec. 1822, sol. prof. 27. Aug. 1845, sac. 18. Jul. 1846.

17. R. P. Eduardus Billau,
a Lincio Austr. nat. 12. Oct. 1822, sol. prof. 20. Aug. 1846, sac. 25. Jul. 1847.

18. R. P. Bertholdus Troester,
a Grossenzersdorf Austr. nat. 10. Nov. 1822, sol. prof. 20. Aug. 1846, sac. 25. Jul. 1847.

19. R. P. Conradus Weiss,
a Bruenn Morav. nat. 12. Oct. 1824, sol. prof. 13. Jun. 1848, sac. 19. Jun. 1848.

20. R. P. Ignatius Schuech,
a Kornitz Morav. nat. 1. Maj. 1823, sol. prof. 4. Aug. 1847, sac. 19. Jun. 1848.

21. R. P. Gabriel Strasser,
a Waldzell Austr. nat. 13. Feb. 1824, sol. prof. 13. Jun. 1848, sac. 20. Jul. 1848.

22. R. P. Bruno Kyrle,
a Scheerding Austr. nat. 7. Oct. 1825, sol. prof. 31. Maj. 1849, sac. 23. Jul. 1849.

23. R. P. Ambrosius Kindlinger,
a Muenzkirchen Austr. nat. 23. Jan. 1824, sol. prof. 7. Aug. 1849, sac. 22. Jul. 1850.

24. R. P. Leonardus Achleuthner,
a Cremifano Austr. nat. 10. Jan. 1826, sol. prof. 7. Aug. 1849, sac. 22. Jul. 1850.

25. R. P. Mauritius Stoeger,
a Pennewang Austr. nat. 9. Dec. 1824, sol. prof. 7. Aug. 1849, sac. 22. Jul. 1850.

26. R. P. Claudius Viehaus,

a Kremsmuenster Austr. nat. 28. Dec. 1827, sol. prof. 15. Aug. 1850, sac. 23. Jul. 1851.

27. R. P. Martinus Mayrhofer,

ab Hall Austr. nat. 29. Aug. 1829, sol. prof. 25. Aug. 1851, sac. 22. Aug. 1852.

28. R. P. Petrus Klinglmayr,

a Sipbachzell Austr. nat. 15. Dec. 1829, sol. prof. 22. Aug. 1854, sac. 29. Jul. 1855.

29. R. P. Bernardus Schuech,

a Kornitz Morav. nat. 12. Oct. 1830, sol. prof. 22. Aug. 1854, sac. 29. Jul. 1855.

30. R. P. Raphael Stingeder,

Magister Novitiorum,

a Gallneukirchen Austr. nat. 1. Sept. 1831, sol. prof. 22. Aug. 1854, sac. 29. Jul. 1855.

31. R. P. Joachim Achleuthner,

a Kremsmuenster Austr. nat. 4. Sept. 1831, sol. prof. 28. Aug. 1855, sac. 27. Jul. 1856.

32. R. P. Basilius Wiesinger,

a Gallspach Austr. nat. 22. Sept. 1831, sol. prof. 28. Aug. 1855, sac. 27. Jul. 1856.

33. R. P. Gunther Mayrhofer,

ab Egendorf Austr. nat. 12. Oct. 1834, simpl. prof. 29. Sept. 1857, sol. 29. Aug. 1858, sac. 31. Jul. 1859.

34. R. P. Placidus Neubaur,

a Rosenberg Bohem. nat. 7. Aug. 1833, simpl. prof. 29. Sept. 1857, sol. 29. Aug. 1858, sac. 31. Jul. 1859.

35. R. P. Fredericus Schmid,

a Nussbach Austr. nat. 12. Sept. 1834, simpl. prof. 29. Sept. 1857, sol. 8. Sept. 1859, sac. 29. Jul. 1860.

36. R. P. Severinus Fabiani,

a Neustadtl Illyr. nat. 20. Mart. 1837, simpl. prof. 29. Sept. 1857, sol. 8. Sept. 1859, sac. 29. Jul. 1860.

37. R. P. Wolfgangus Dannerbaur,
a Kremsmuenster Austr. nat. 12. Sept. 1835, simpl. prof. 29. Sept. 1857, sol. 29. Dec. 1860, sac. 28. Jul. 1861.

38. R. P. Alanus Preinfalk,
a Kremsmuenster Austr. nat. 10. Aug. 1837, simpl. prof. 29. Sept. 1857, sol. 29. Dec. 1860, sac. 28. Jul. 1861.

39. R. P. Isidorus Kurz,
a Mueglitz Morav. nat. 12. Jun. 1835, simpl. prof. 2. Sept. 1858, sol. 5. Sept. 1861, sac. 20. Sept. 1861.

40. R. P. Aegidius Haydvogl,
a Weisskirchen Austr. nat. 11. Dec. 1836, simpl. prof. 2. Sept. 1858, sol. 5. Sept. 1861, sac. 27. Jul. 1862.

41. R. P. Paulus Proschko,
a Schwarzbach Bohem. nat. 4. Jun. 1837, simpl. prof. 2. Sept. 1858, sol. 5. Sept. 1861, sac. 27. Jul. 1862.

42. R. P. Georgius Huemer,
a Gruenau Austr. nat. 14. Jun. 1837, simpl. prof. 2. Sept. 1858, sol. 5. Sept. 1861, sac. 27. Jul. 1862.

43. R. P. Rudolphus Vater,
a Lincio Austr. nat. 5. Jun. 1838, simpl. prof. 2. Sept. 1858, sol. 5. Sept. 1861, sac. 27. Jul. 1862.

44. R. P. Lambertus Guppenberger,
a S. Marienkirchen Austr. nat. 5. Jan. 1839, simpl. prof. 1. Sept. 1859, sol. 4. Sept. 1862, sac. 26. Jul. 1863.

45. R. P. Alexander Oberneder,
a Gruenau Austr. nat. 4. Mart. 1839, simpl. prof. 1. Sept. 1859, sol. 4. Sept. 1862, sac. 26. Jul. 1863.

46. R. P. Ferdinandus Lugmayr,
a Neuhofen Austr. nat. 19. Aug. 1839, simpl. prof. 31. Aug. 1860, sol. 26. Sept. 1863, sac. 31. Jul. 1864.

47. R. P. Hugo Schmid,
a Pfarrkirchen Austr. nat. 22. Nov. 1840, simpl. prof. 21. Aug. 1861, sol. 29. Sept. 1864, sac. 30. Jul. 1865.

48. R. P. Philibertus Landerl,

a Sierning Austr. nat. 6. Apr. 1840, simpl. prof. 21. Aug. 1861, sol. 29. Sept. 1864, sac. 30. Jul. 1865.

49. R. P. Colomannus Wagner,

a Scheerding Austr. nat. 7. Nov. 1841, simpl. prof. 21. Aug. 1861, sol. 29. Sept. 1864, sac. 30. Jul. 1865.

50. R. P. Gregorius Peterleithner,

a Steinerkirchen Austr. nat. 13. Jun. 1840, simpl. prof. 21. Aug. 1861, sol. 29. Sept. 1864, sac. 30. Jul. 1865.

51. R. P. Engelbertus Teufelberger,

a Steinerkirchen Austr. nat. 24. Oct. 1840, simpl. prof. 1. Sept. 1862, sol. 14. Sept. 1865, sac. 29. Jul. 1866.

52. R. P. Guilielmus Obermayr,

ab Enns Austr. nat. 23. Aug. 1841, simpl. prof. 1. Sept. 1862, sol. 14. Sept. 1865, sac. 29. Jul. 1866.

53. R. P. Erenbertus Gerstmayr,

ab Haidershofen Austr. nat. 15. Apr. 1842, simpl. prof. 1. Sept. 1862, sol. 14. Sept. 1865, sac. 29. Jul. 1866.

54. R. P. Augustinus Rauch,

a Kremsmuenster Austr. nat. 28. Jan. 1844, simpl. prof. 1. Sept. 1862, sol. 14. Sept. 1865, sac. 29. Jul. 1866.

55. R. P. Othmarus Leser,

a Wels Austr. nat. 4. Sept. 1841, simpl. prof. 1. Sept. 1863, sol. 13. Sept. 1866, sac. 28. Jul. 1867.

56. R. P. Carolus Sommer,

a Raab Austr. nat. 12. Feb. 1842, simpl. prof. 1. Sept. 1863, sol. 13. Sept. 1866, sac. 28. Jul. 1867.

57. R. P. Dominicus Roiter,

a Pachmanning Austr. nat. 8. Jul. 1841, simpl. prof. 3. Sept. 1864, sol. 5. Sept. 1867, sac. 26. Jul. 1868.

58. R. P. Meinradus Berghammer,

a Steinerkirchen Austr. nat. 29. Jan. 1844, simpl. prof. 3. Sept. 1864, sol. 5. Sept. 1867, sac. 26. Jul. 1868.

59. R. P. Adolphus Haasbauer,

a Steyr Austr. nat. 21. Jun. 1844, simpl. prof. 3. Sept. 1864, sol. 5. Sept. 1867, sac. 26. Jul. 1868.

60. R. P. Corbinianus Mayrhofer,

a Kirchdorf Austr. nat. 12. Aug. 1844, simpl. prof. 3. Sept. 1864, sol. 5. Sept. 1867, sac. 26. Jul. 1868.

61. R. P. Adalbertus Ziegler,

a Kremsmuenster Austr. nat. 20. Apr. 1845, simpl. prof. 3. Sept. 1864, sol. 5. Sept. 1867, sac. 26. Jul. 1868.

62. R. P. Agapitus Katzinger,

a Kremsmuenster Austr. nat. 13. Jan. 1847, simpl. prof. 2. Sept. 1865, sol. 18. Maj. 1869, sac. 25. Jul. 1869.

63. R. P. Richardus Kohlendorfer,

a Hall Austr. nat. 6. Apr. 1844, simpl. prof 25. Aug. 1866, sol. 9. Sept. 1869, sac. 31. Jul. 1870.

64. R. P. Sebastianus Mayr,

a Steinerkirchen Austr. nat. 20. Jan. 1845, simpl. prof. 25. Aug. 1866, sol. 9. Sept. 1869, sac. 31. Jul. 1870.

65. R. P. Thassilo Lehner,

a Kematen Austr. nat. 23. Maj. 1845, simpl. prof. 25. Aug. 1866, sol. 9. Sept. 1869, sac. 31. Jul. 1870.

66. R. P. Rupertus Viehaus,

a Kremsmuenster Austr. nat. 14. Aug. 1846, simpl. prof. 25. Aug. 1866, sol. 9. Sept. 1869, sac. 31. Jul. 1870.

67. R. P. Mathias Fuerlinger.

a Weisskirchen Austr. nat. 3. Jan. 1845, simpl. prof. 25. Aug. 1867, sol. 15. Sept. 1870, sac. 30. Jul. 1871.

68. R. P. Joannes Evang. Geistberger,

a Sipbachzell Austr. nat. 25. Dec. 1847, simpl. prof. 3. Sept. 1869, sol. 12. Sept. 1872, sac. 27. Jul. 1873.

69. R. P. Vincentius Thalhammer,

a Kirchdorf Austr. nat. 24. Mart. 1848, simpl. prof. 3. Sept. 1869, sol. 12. Sept. 1872, sac. 27. Jul. 1873.

70. R. P. Anselmus Pfeiffer,

a Spital Austr. nat. 12. Sept. 1848, simpl. prof. 3. Sept. 1869, sol. 12. Sept. 1872, sac. 27. Jul. 1873.

71. R. P. Norbertus Metz,

a Lincio Austr. nat. 19. Sept. 1849, simpl. prof. 2. Sept. 1870, sol. 26. Maji 1874, sac. 26. Jul. 1874.

72. R. P. Benedictus Kaip,

a Pfarrkirchen Austr. nat. 5. Dec. 1848, simpl. prof. 2. Sept. 1872, sol. 6. Sept. 1875, sac. 30. Jul. 1876.

73. R. P. Maurus Gabriel,

a Schwartzbach Bohem. nat. 29. Feb. 1852, simpl. prof. 2. Sept. 1872, sol. 6. Sept. 1875, sac. 30. Jul. 1876.

74. R. P. Udalricus Steindlberger,

ab Eberstallzell Austr. nat. 23. Mart. 1853, simpl. prof. 2. Sept. 1872, sol. 6. Sept. 1875, sac. 30. Jun. 1876.

75. R. P. Julianus Hauer,

a Koenigswiesen Austr. nat. 30. Jan. 1853, simpl. prof. 2. Sept. 1872, sol. 2. Sept. 1876, sac. 29. Jul. 1877.

76. R. P. Silvester Schachner,

a Schardenberg Austr. nat. 3. Sept. 1853, simpl. prof. 2. Sept. 1873, sol. 22. Maj. 1877, sac. 29. Jul. 1877.

77. R. P. Romanus Ganglbauer,

a Thanstetten Austr. nat. 4. Dec. 1853, simpl. prof. 2. Sept. 1873. sol. 2. Sept. 1876, sac. 29. Jul. 1877.

78. R. P. Stephanus Ehrengruber,

a Thalham Austr. nat. 22. Mart. 1853, simpl. prof. 7. Nov. 1874, sol. 11. Jun. 1878, sac. 28. Jul. 1878.

FRATRES CLERICI:

1. R. Fr. Hermannus Haasbauer,

a Steyr Austr. nat. 22. Aug. 1854, simpl. prof. 2. Sept. 1875, sol. 7. Sept. 1878.

2. R. Fr. Maximilianus Schwediauer,

a Weisskirchen Austr. nat. 21. Maj. 1853, simpl. prof. 18. Aug. 1876, sol. —— 1879.

3. R. Fr. Franciscus Schwab,

a Siegertshaft Austr. nat. 14. Mart. 1855, simpl. prof. 23. Sept. 1876, sol. —— 1879.

4. R. Fr. Thomas Kuhl,

a Wels Austr. nat. 15. Dec. 1856, simpl. prof. 28. Aug. 1877.

5. R. Fr. Theodoricus Braun,

a Scheibbs Austr. nat. 29. Maj. 1858, simpl. prof. 28. Aug. 1877.

6. R. Fr. Carolomannus Seybald,

a Melk Austr. nat. 30. Oct. 1856, simpl. prof. 28. Aug. 1877.

7. R. Fr. Gotthardus Pirklbauer,

a Reichenthal Austr. nat. 10. Maj. 1853, simpl. prof. 16. Aug. 1878.

8. R. Fr. Antonius Kreutzer,

ab Hirschbach Austr. nat. 24. Maj. 1858, simpl. prof. 4. Oct. 1878.

9. R. Fr. Coelestinus Kogler,

a Poestlingberg Austr. nat. 17. Jun. 1857, simpl. prof. 9. Feb. 1879.

10. R. Fr. Leo Kriz,

a Nachod Bohem. nat. 26. Maj. 1859, simpl. prof. 16. Apr. 1879.

11. R. Fr. Aemilianus Mayer,

a Lincio Austr. nat. 3. Jul. 1857, simpl. prof. —— 1879.

12. R. Fr. Pius Spreitzer,

a Gunskirchen Austr. nat. 31. Mart. 1858, simpl. prof. —— 1879.

13. R. Fr. Hieronymus Volkmann,

a Prag Bohemiae nat. 12. Oct. 1859, simpl. prof. —— 1879.

14. R. Fr. Henricus Gusenbauer,

a Katsdorf Austr. nat. 15. Apr. 1858, simpl. prof. —— 1879.

15. R. Fr. Josephus Sammer,
ab Atzbach Austr. nat. 20. Jan. 1858, simpl. prof. —— 1879.

16. R. Fr. Marianus Fischbaeck,
a Schwarzbach Bohem. nat. 9. Dec. 1857, simpl. prof. —— 1879.

Necrologium ab anno 1866.

Obierunt anno aetatis, professionis, sacerdotii:

1866,	6. Jan.	R. P.	Joannes Nep. Keil,	aet.	80,	prof.	56,	sac.	55.
"	24. Feb.	"	Andreas Reitter,	"	60,	"	33,	"	32.
"	19. Sept.	Pl. R. P.	Marian. Koller,	"	74,	"	45,	"	45.
1867,	19. Jan.	R. P.	Julianus Steyrer,	"	39,	"	15,	"	14.
"	28. Apr.	"	Ans. Kemetmueller,	"	71,	"	45,	"	44.
"	12. Jul.	"	Vincent. Fohringer,	"	57,	"	30,	"	29.
"	29. Dec.	"	Aemilianus Eder,	"	58,	"	34,	"	33.
1868,	7. Oct.	Pl. R. P.	N. Mittermayr,	"	74,	"	48,	"	48.
"	22. Dec.	R. P.	Stephanus Schima,	"	42,	"	19,	"	19.
1869,	26. Feb.	Pl. R. P.	Leo Langthaller,	"	74,	"	46,	"	46.
"	20. Mart.	R. P.	Sylv. Baumgarten,	"	80,	"	56,	"	56.
"	2. Sept.	"	Nicolaus Digl,	"	82,	"	59,	"	59.
"	26. Oct.	Pl. R. P.	Maurus Sieberer,	"	63,	"	38,	"	37.
1870,	13. Feb.	R. P.	Udalricus Auboeck,	"	43,	"	19,	"	18.
"	10. Mart.	"	Ildephonsus Schmid,	"	50,	"	26,	"	26.
"	16. Nov.	"	Romanus Schmirer,	"	60,	"	36,	"	35.
1871,	7. Jan.	"	Leopoldus Kopp,	"	62,	"	39,	"	38.
"	31. Maj.	"	Benedict. Kittinger,	"	79,	"	50,	"	50.
1872,	15. Apr.	Pl. R. P.	Jacob Leeb,	"	83,	"	58,	"	58.
"	18. Jun.	R. P.	Phil. Spinnesberger,	"	63,	"	37,	"	36.
"	29. Aug.	Revmus. D. D.	Theodoricus Hagn, Abbas Lambacens. (infra).						
1873,	30. Mart.	R. P.	Gotthard. Lehner,	aet.	28,	prof.	4,	sac.	4.
"	11. Apr.	"	Thomas Andorfer,	"	35,	"	9,	"	8.
"	14. Jul.	"	F. S. Weidecker,	"	85,	"	61,	"	61.
1874,	30. Mart.	"	Hermann. Patzalt,	"	54,	"	28,	"	27.
"	4. Jul.	"	Marcus Holter,	"	62,	"	39,	"	38.
"	5. Dec.	Pl. R. P.	M. Kerschbaum,	"	69,	"	41,	"	40.
1875,	15. Feb.	R. P.	Cajetan. Lehner,	"	49,	"	25,	"	24.

1875, 29. Sept.	Revmus et Ampliss. D. D. Augustinus Reslhuber, Abbas, obiit an. aet. 67, prof. 43, sac. 42, abb. dignitatis 15.				
" 5. Dec.	R. P. Joseph Umdasch,	aet. 69,	prof. 46,	sac. 45.
1876, 3. Maj.	" Beda Piringer,	" 65,	" 40,	" 39.
" 14. Maj.	Pl. R. P. Henric. Hassak,	" 87,	" 63,	" 63.
" 17. Dec.	R. P. Hiero. Lettenmayr,	" 59,	" 36,	" 35.
1877, 31. Jan.	" Oddo Schima,	" 54,	" 32,	" 31.
1879, 31. Oct.	" Robertus Lettmayr,	" 38,	" 13,	" 12.
" 24. Nov.	" Wisintho Hartlauer,	" 53,	" 10,	" 9.

ABBATIA S. MICHAELIS ARCHANG.,
APUD BEURN, ARCHIDIOEC. SALISBURGENS.

Inscriptio epist.: Hochw. Benedictiner-Abtei Michelbeurn, Salzburg, Oesterreich.

Primi hujus coenobii religiosi, testante historia domestica, ex abbatia S. Stephani in Otting. Bav., circ. an. 757 a Gunthario, comite Chiemgoviensi fundata, per eundem c. 785 huc traducti sunt. Monasterium ab Hungaris (907-23) devastatam per Hartwicum, comitem Palatinum (966-70) restitutum, a Sigehardo, patriarcha Aquilejensi, qui et ecclesiam consecravit, coenobio monialium, haud longe durante, est ampliatum 1072. Series Abbatum a Werigando, quem jam antecessores nostri pie crediderunt *beatum*, i. e. ab anno 1072 sine notabili interruptione usque in hodiernam diem protenditur. Quorum sub regimine monasterium, certe non magnum, vicissitudines varias subiit, sed Deo propitio servabatur. Trutone Abbate claustrum gubernante vir quidam, Magins nomine. "ecclesiam Linterbach (Lauterbach) cum dote pariter delegavit super aram S. Michaelis Arch. in Biwern ea nimirum ratione, quatenus ipsa ecclesia divino officio procuretur ab eodem ipso monasterio, consentiente in idipsum parochiano presbytero suo n. Wisitone, et Chunrado Saltzeburg. Archiep." Quae ecclesia parva, in vicina parochia (Berndorf) sita, a Regimberto, Episcopo Brixiensi, 1130 consecrata est. Decursu temporum monasterio cura Abbatum sive procerum pedetentim 7 parochiae unitae sunt, ut infra ostendetur. Eodem Abbate coenobium gubernante Innocentius PP. II. bullam confirmationis tutelaeque ei 1137 benignissime largitus est. Similiter fecerunt Gregorius PP. IX. an. 1231 et

1232, Conrado I. Abb., et Bonifacius PP. IX. an. 1393, Nicolao I. Abb. Maximilanus I. quoque Imperator an. 1497 confirmationis instrumentum monasterio, Erasmo Abb., dedit. — Anno 1138 Ita I. comitissa de Purchusen (Burghausen), Lotharii Imperatoris soror, monasterio duas vineas apud Wachawe (Wachau) in Austria inferiore donavit. — Inter calamitates majores monasterii trinum incendium hostile annis 1249, 1267, et imprimis 1364, Marchwardo de Haunsberg Abb., nominamus. Reaedificationi Abbates sequentes operam dederunt specialiter Henricus IV., Gregorius, Maurus, Emmeramus, Joannes, Martinus I., Wolfgangus II. et Udalricus IV. — Anno 1374 ecclesia claustralis per Fridericum, Episcopum Chiemensem, est reconsecrata. — Annis 1431, 1452 et saepius Visitatores in monasterio apparuerunt. — Usum pontificalium synodus Basileensis 1449 Udalrico II. Abbati et successoribus concessit, quod privilegium 1442 est confirmatum. Anno 1484 Jacobus Feuchtinger, Abbas, a Bartholomaeo de Marschy, legato pontificio in Germania, facultatem paramentorum vasorum que, calicibus exceptis, consecrandorum obtinuit. — A sic dictae reformationis malis Abbatia et praecipue parochia nostra in Austria superiore non intacta manebat (c. 1547 et 1580), sed zelo sincero, quo Austriae imperatores gentes suas in fide catholica conservare studebant, factum est, ut res paulatim in priorem statum restituerentur. Monasterium, postquam saec. XV. ad finem vergente ob rem oeconomicam haud modice perturbatam ultra triginta annos, 1592 — 1627, sub administratione esset, rebus aliquatenus compositis, cura et vigilantia Abbatum e professis domesticis denuo electorum, scil. Michaelis, Aemiliani, Josephi, Placidi II. et Martini II. valde florere coepit. Anno 1661 praedium nobilium Noppingensium in Perwang emptione est acquisitum. Anno 1669 corpus S. Felicis M. per Rev. Fr. Eusanium ab Aquila, Ord. Erem. S. Aug., Sacrarii papalis praefectum, Michaeli Abbati donabatur. Solemnitas translationis hujus s. corporis adhuc quotannis celebratur. — Antonius Abbas (1765 — 83) fere quartam aedificiorum claustralium partem ab integro aedificavit aut splendide restauravit. Sed et *studia* a Benedictinis Michael - Buranis non negligebantur. Nam praeterquam quod in monasterio schola claustralis interna et externa viguit, cujus origines saec. XIII. probatos invenies, et schola puerorum claustralis adhuc viget, ex nostro quoque monasterio Universitati literarum in metropoli Salisburgensi 1623 erectae et curae Benedictinorum demandata membra adnumerabantur. Postquam institutum hoc (1810) suppressum est, in classibus Gymnasii non, ut antea, ex 40 monasteriis, sed solum-

modo ex duabus Abbatiis S. Petri Salisburgi et S. Michaelis Burae professores instituebantur, ut juventuti studiosae operam navarent (1817). Demum anno 1863 haec schola ad normam aliorum gymnasiorum Caes. Reg. est instituta. — Sicut jam a primis temporibus ita et nunc sacerdotes in *animarum cura* aut propria aut in subsidium vocati laborant, aut officiis domesticis occupantur.

MONACHI:

Reverendissimus et Amplissimus Dominus.
D. FRIDERICUS KOENIGSBERGER.

Abbas,

in serie abbatum IL., archiep. Salisburg. Consiliarius, etc., a Salisburgo, nat. 29. Mart. 1823, sol. prof. 1. Oct. 1848, sac. 1. Aug. 1849, abbas elect. 16. Sept. 1876, benedictus 29. Oct. 1876.

2. Adm. R. P. D. Rupertus Strutzmann,

Prior et Mag. Novitiorum.

a S. Paternione Carinthiae, nat. 22. Jan. 1815, sol. prof. 29. Sept. 1839, sac. 31. Jul. 1841.

3. R. P. D. Henricus Schwarz.

Subprior,

a Saalfelden Salisburgi, nat. 24. Apr. 1819, sol. prof. 24. Sept. 1843, sac. 1. Aug. 1844.

4. R. P. Virgilius Etl,

Senior, a Juvavia, nat. 4. Dec. 1811, sol. prof. 29. Sept. 1835, sac. 31. Jul. 1836.

5. Adm. R. P. D. Gregorius Moedlhammer.

Prior Muellnensis, a Juvavia, nat. 29. Sept. 1811, sol. prof. 29. Sept. 1836, sac. 31. Jul. 1838.

6. R. P. Joseph Resch.

a Deutsch-Reichenau Bohemiae, nat. 20. Jan. 1811, sol. prof. 29. Sept. 1837, sac. 31. Jul. 1838.

7. R. P. Ferdinandus Paischer,

a Moosdorf Austriae, nat. 16. Dec. 1823, sol. prof. 1. Oct. 1848, sac. 1. Aug. 1849.

8. R. P. Ludovicus Vockenhuber,

a Timmelkam Austriae, nat. 30. Dec. 1825, sol. prof. 8. Sept. 1852, sac. 1. Aug. 1853.

9. R. P. Maximilianus Thalhammer,

a Juvavia, nat. 9. Oct. 1834, simpl. prof. — Sept. 1857, sol. prof. 29. Jun. 1859, sac. 25. Jul. 1859.

10. R. P. Werigandus Ortner,

a Thalgau Salisburgi, nat. 16. Jun. 1831, simpl. prof. 28. Sept. 1860, sol. prof. 26. Nov. 1865, sac. 28. Jul. 1861.

11. R. P. Benedictus Hartl,

ab Echlasmuehl Bavariae, nat. 21. Apr. 1828, simpl. prof. 15. Nov. 1860, sol. prof. 21. Mart. 1866, sac. 22. Nov. 1860.

12. R. P. Nicolaus Gruendinger,

ab Hinterwollaberg Bavariae, nat. 23. Oct. 1827, simpl. prof. 18. Nov. 1860, sol. prof. 24. Nov. 1867, sac. 28. Jul. 1861.

13. R. P. Roman. Baumgartner, S. T. D.,

ab Oberndorf Salisburgi, nat. 30. Oct. 1842, simpl. prof. 4. Nov. 1864, sol. prof. 24. Nov. 1867, sac. 28. Jul. 1867.

14. R. P. Modestus Lienbacher,

a Thalgau Salisburgi, nat. 23. Jun. 1843, simpl. prof. 29. Sept. 1865, sol. prof. 1. Nov. 1868, sac. 26. Jul. 1868.

15. R. P. Wolfgangus Stockhammer,

a Michaelbeuren Salisburgi, nat. 6. Jun. 1842, simpl. prof. 29. Sept. 1865, sol. prof. 1. Nov. 1868, sac. 26. Jul. 1868.

16. R. P. Placidus Ebster,

a Neukirchen Salisburgi, nat. 25. Feb. 1845, simpl. prof. 29. Sept. 1865, sol. prof. 1. Nov. 1868, sac. 26. Jul. 1868.

17. R. P. Alexander Sigmund,

a Neutitschein Moraviae, nat. 8. Nov. 1840, simpl. prof. 18. Oct. 1866, sol. prof. 29. Sept. 1871, sac. 28. Jul. 1867.

18. R. P. Martinus Ager,

ab Hering Tyroli, nat. 10. Jul. 1843, simpl. prof. 14. Aug. 1867, sol. prof. 14. Aug. 1870, sac. 6. Oct. 1870.

19. R. P. Felix Kohler,

ab Haeselgehr Tyroli, nat. 21. Sept. 1844, simpl. prof. 29. Sept. 1868, sol. prof. 29. Sept. 1871, sac. 25. Jul. 1871.

20. R. P. Pius Surer,

a Juvavia, nat. 18. Maj. 1853, simpl. prof. 29. Sept. 1876, sol. prof. —— 1879, diaconus 30. Oct. 1879.

FRATRES CLERICI:

Fr. Emmeramus Haid,

a Tamsweg Salisburgi, nat. 2. Jan. 1860, simpl. prof. 29. Sept. 1878.

Fr. Albertus Ortner,

ab Aschbach Austriae, nat. 6. Aug. 1858, simpl. prof. —— 1879.

Fr. Brunno Eischiel,

ab Obernberg Austriae, nat. 22. Feb. 1859, simpl. prof. —— 1879.

Bibliotheca constat circiter 20,000 voluminum.

PRIORATUS MUELLNENSIS

pendet ab hac abbatia. — Haec *parochia Muelln* in suburbio metropolis Salisburgensis cum monasterio ord. Eremitarum S. Aug. gratia Ferdinandi "Benigni" concessa est abbatiae Buranae, an. 1835. Clericatus ob studia in urbe frequentanda in hoc prioratu commoratur; numerus monachorum 6; num. animarum parochiae 3.560.

PAROCHIAE:

1. *Seewalchen,* Dioec. Lincens., incorporata an. 1135, cum. sac. 2, anim. 1810.
2. *Obersulz,* Archi-dioec. Viennen., incorporata an. 1212, cum sac. 2, anim. 1625.
3. *Dorfbeuern,* Archi-dioec. Salisburg., incorporata an. 1229, cum sac. 1. anim. 795.

4. *Lambrechtshausen*, Archi-dioec. Salisburg., incorporata an. 1241, cum sac. 3, anim. 1480. Huc pertinet eccl *B. M. V.* in *Arnsdorf* sacr. peregrinationationibus celebris.

5. *Loidesthal*, Archi-dioec. Viennen., erecta 1783, cum sac. 1. anim. 735.

6. *Perwang*, Dioec. Lincens., erecta 1786, cum sac. 1, anim. 261.

Est in monasterio *schola puerorum*, qui tam arte musica, praesertim concentus ecclesiastici, quam ingenuis studiis instituuntur.

Necrologium ab anno 1866.

Obierunt:

1866,	5. Feb.	R. P.	Udalricus Prigl,	an. prof. 29,	sac. 33.
1869,	2. Sept.	"	Godehard Priewasser,	" 36,	" 36.
"	19. Dec.	"	Michael Niederreiter,	" 12,	" 11.
1873,	5. Mart.	"	Pius Stark,	" 8,	" 12.
1874,	26. Dec.	"	Albert Answeger,	" 55,	" 51.

1876, 19. Apr. Adm. R. P. Emmeramus Gordan, eximius praedicator, prof. 34, sac. 33.

" 4. Jul. Revmus Dominus, D. Nicolaus Thalhammer, Abbas, in serie abbatum XLVIII., obiit an. prof. 50, sacerdotii 49.

ABBATIA S. MARIAE 7 DOLORUM.

APUD FIECHT (SCHWAZ) DIOEC. BRIXINEN.

Inscriptio epist.: Hochw. Benedictiner-Abtei Fiecht, Post Schwaz. Tirol. Oesterreich.

In quodam monte praecipiti vallis inferioris Oeni inter densas silvas jam *saeculo nono* extructum fuit Sanctuarium beatissimae Matris dolorosae; juxta illud nonnulli eremitae cellas suas habebant, quibus Reginbertus Episcopus Brixinensis Regulam S. P. Benedicti injunxit et annuente Innocentio Papa II. anno 1138 Abbatem imposuit. Antiquum istud coenobium, cui nomen Mons S. Georgii (Sanct Georgenberg), plures quidem donationes a regibus, a dynastis adjacentibus, ab episcopis necnon a peregrinis advenientibus accepit, sed multa damna passum est per incendia, quae labentibus saeculis quater omnia aedificia consummarunt. Anno 1705 tam

enormis fuit devastatio, ut Abbas et Conventus Asceterium in alio tutiore loco construere decernerent. Approbante auctoritate ecclesiastica et civili novum monasterium ad pedes Montis S. Georgii in pago Fiecht condiderunt anno 1706. Verum ob propriam inopiam et aliorum incuriam, nam tempora illa institutis religiosis potius invida erant, opus tumultuarium tantum pro se construxerunt Monachi, cetera imperfecta relinquentes. Tandem ab anno 1740 usque ad annum 1750 Lambertus Abbas aedificavit ecclesiam et circa annum 1785 adjuncta est turris. In mox sequenti rerum publicarum perturbatione huic Abbatiae instabat totalis ruina. Nam anno 1797 monasterium pro nosocomio militari inserviebat et anno 1807 a gubernio Bavarico Abbatia iniquo decreto exstincta est. Monachi dispersi et bona Monasterii dilapidata. Anno 1816 Franciscus I., Imperator Austriae, sub cujus dominationem Tirolensibus iterum reverti licuit, Monasterium Fiechtense antiquis incolis restituit, reditibus vero ita diminutis, ut vix paucis Monachis ad vitam sustentandam sufficerent. Misera haec conditio perduravit usque dum anno 1834, onus dignitatis abbatialis impositum est Revmo Domino Pirminio Pockstaller, qui tunc in aetate 26 annorum erat. Ultra 40 annos hoc pondus summa cura sustinuit: ejus merita paucis explicari nequeunt. Hoc tamen silentio praeterire non possumus, quod post deplorandam conflagrationem, quae 21. Jun. 1868 totum monasterium et ex magna parte ecclessiam destruxit, utrumque aedificium brevi tempore solidissime restauravit.

MONACHI:

Reverendissimus et Amplissimus Dominus.
D. ALBERTUS WILDAUER,

Abbas,

in serie Abbatum LVIII., a Fuegen, nat. 1841, simpl. prof. —— 1864, sac. 29. Jul. 1866, sol. prof. 26. Dec. 1867, electus Abbas 29. Jul. 1875.

2. Adm. R. P. Norbertus Rossi,

Prior,

a Schwaz, nat. 1815, sol. prof. 1839, sac. 1840.

3. R. P. D. Columbanus Stadler,

Subprior.

a Stans, nat. 1807, sol. prof. 1831, sac. 1832.

4. **R. P. D. Georgius Stautner,**
a Schwaz, nat. 1811, sol. prof. 1834, sac. 1835.

5. **R. P. D. Aemilianus Danner,**
a Dornbirn, nat. 1809, sol. prof. et sac. 1837.

6. **R. P. D. Alphonsus Andre,**
ab Oeniponte, nat. 1815, sol. prof. et sac. 1839.

7. **R. P. D. Placidus Diechtl,**
ab Achenkirchen, nat. 1816, sol. prof. 1839, sac. 1840.

8. **R. P. D. Joseph Oefner,**
a Rattenberg, nat. 1823, sol. prof. 1845, sac. 1846.

9. **R. P. D. Anselmus Aschbacher,**
ab Hall, nat. 1820, sol. prof. 1845, sac. 1846.

10. **R. P. D. Rupertus Bucher,**
ab Absam, nat. 1823, sol. prof. et sac. 1847.

11. **R. P. D. Bruno Rainer,**
a Mareit, nat. 1821, sol. prof. et sac. 1848.

12. **R. P. D. Romedius Weber,**
ab Hall, nat. 1824, sol. prof. et sac. 1848.

13. **R. P. D. Antonius Witschwenter,**
a Fuegen, nat. 1831, sol. prof. et sac. 1855.

14. **R. P. D. Stanislaus Domanig,**
a Sterzing, nat. 1835, sol. prof. et sac. 1864.

15. **R. P. D. Maurus Rederlechner,**
a Muehlwald, nat. 1835, sol. prof. et sac. 1864.

16. **R. P. D. Godehardus Mitterhofer,**
a Lana, nat. 1839, sol. prof. et sac. 1869.

17. **R. P. D. Gregorius Eder,**
a Zell, nat. 1850, sol. prof. et sac. 1875.

R. Fr. Benedictus Ruffinatscha,

a Taufers, nat. 1854, simpl. prof. 1878. *Clericus.*

Fr. Ansgarius Mayr,

ab Algund, nat. 1854, indut. ——. *Novitius.*

Fr. Odilo Schwaighofer,

ab Hall, nat. 1856, indut. ——. *Novitius.*

Fr. Leo Bechtler,

a Balzers, nat. 1856, indut. ——. *Novitius.*

Curam animarum

gernnt Monachi: 1. In *Parochia Achenkirchen,* ubi tres Patres commorantur. 2. In *Sanctuario Montis Sancti Georgii,* parum a Fiecht distante, ubi conventus ab initio erat; unus Pater ibi commoratur. 3. In utroque pago *Stans et Terfens,* ubi saeculo superiori ex monasterii reditibus sic dictae *curatiae* fundatae sunt. In monasterio 30 pueri variis instruuntur disciplinis. *Bibliotheca* 18,000 volumina numerat; in amplo tabulario asservantur plura pretiosa documenta antiqua, partim manuscripta, partim typis impressa.

Necrologium ab anno 1866.

Obierunt:

1868, D. Florianus Schwenninger, Missionarius in California, an. aet. 60.
" D. Henricus Hoegl, an. aet. 56.
1871, Pl. R. D. Bernardus Steinlechner, Prior, an. aet. —.
1875, Revmus D., D. Pirminius Pockstaller, Abbas, an. aet. 69.
" D. Beda Windisch, an. aet. 60.
1876, D. Benedictus Pichler, an. aet. 68.
1878, D. Thomas Mayr, an. aet. 25.
" D. Augustinus Scherer, an. aet. 60.

ARCHISTERIUM S. MARGARITÆ V.,
IN BREVNOV PROPE PRAGAM, ET
MONASTERIUM S. WENCESLAI M.,
IN BRAUNAU, BOHEMIAE.
ARCHI-DIOECESIS PRAGENSIS,
SUB UNO ABBATE CONJUNCTA,

Inscript. epist.: Hochw. Benedictiner-Abtei S. Margarita, Brevnov bei Prag, Boehmen, Austria.

Brevnoviense, monachorum in Bohemia coenobium antiquissimum, fundatorem veneratur *S. Adalbertum*, Episcopum Pragensem. Martyrem, et condotatorem *Boleslaum II.*, Bohemiae Ducem; auctor vero hujus fundationis fuit Joannes PP. XV. Sanctus scilicet antistes Adalbertus, inobedientem fugiens gregem suum, Romae sese abdiderat in monasterium SS. Bonifacii et Alexii, ibique jam factus monachus regulam Benedictinam fuerat professus, cum a plebe Bohema poenitente in patriam revocatur, et a Papa Joanne ad sedem suam Pragensem redire jubetur. Tunc quoque Summus Pontifex ei mandavit, ut redux secum duceret monachos ex ordine divi Patriarchae Benedicti, quibus in Bohemia monasterium condendum curaret, ut eorum piis adjutus operibus gregem suum fidentiori denuo pasceret animo. Reversus ergo cum duodecim monachis Benedictinis Ducem adit Boleslaum, quem ad opus, quod summus Pontifex volebat, perficiendum facilem invenit, ac statim collatis inter se consiliis fundaverunt ac sat large dotaverunt monasterium nostrum in *villa Brevnova* prope Pragam A. D. 993. Dedicatum fuit in honorem *SS. Bonifacii et Alexii*, et ab eadem villa sumsit nomen Brevnoviense. Novella haec Ordinis Benedictini quam grata fuerit Romano Pontifici, idem ipse Joannes XV. Bulla declaravit abbati, quem S. Adalbertus monasterio praefecerat, *Anastasio* transmissa, qua et fundationem et dotationem monasterii nostri non solum confirmavit, sed et ipsi Anastasio ejusque successoribus ampla concessit privilegia, qua monasterium quoque Brevnoviense caput et magistram constituit in correctione et reformatione disciplinae regularis super omnia claustra Ordinis Benedictini in Bohemia construenda, nec non et monasterium ipsum et omnes possessiones ejus ac subditos in protectionem posuit Beati Petri.

S. Antistes *Adalbertus*, cum populares sacrilegi iterum spretis optimi Pastoris monitis ac precibus sacras invasissent aedes, easque

impie contaminassent, brevi altera vice patriae valedicens Romam ad monasterium, unde discesserat, remigravit; aut paulo post denuo a suis repetitur, ipseque redire jamjam paratus certior factus est de trucidatis in patria fratribus suis. Videns insuper mentes procerum Bohemorum etiam a se ipso esse alienatas, Summo Pontifice approbante animum adjecit ad gentes, quae Christum nondum noverant. Selegit Borussios tunc temporis adhuc idololatras, sed parum profecit: nam vixdum advenerat evangelium eisdem praedicaturus, quum ab iis confossus inter sacrificandum martyr occubuerit A. D. 997. Interea non solis fratribus ejus, sed et omni familia *Slavnik*, ex qua S. Adalbertus ortus erat, interfectis, abbas noster *Anastasius*, qui huic familiae adhaeserat, vindictam timens hostium cum aliquot religiosis in Hungariam aufugit, ubi monasterio S. Martini condito, ejusdem factus est abbas. Ad Colocensem post evectus episcopatum beatam vitam morte finivit Sanctorum. Horum omnium laudes sacer canit Pannoniae mons.

Anno, quo Anastasius terrena cum coelestibus mutasse creditur, A. D. 1023, alter a cella Brevnoviensi monachus, *Hyzo*, in episcopum consecratur Pragensem, cui A. D. 1030 mortuo *Severus* successit, pariter Benedictinus Brevnoviensis, qui A. D. 1067 defunctus inter Beatos numeratur. Severi coaevus et paris sanctitatis vir fuit "*thaumaturgus ille Bohemiae*", *S. Procopius*, qui vita post sacram sub Hieronymo abbate emissam professionem aliquamdiu religiose in monasterio nostro traducta "ad singularem pugnam contra malignum in eremum securus descenderat". diu tamen latere non potuit. Nam ab Udalrico Bohemiae Duce in solitudine inventus, monasterio, quod post Udalricum Dux Bretislaus non procul ad fluvium Sazavam aedificavit, quamvis reluctans, praefectus est abbas A. D. 1039. in vita et post mortem (1053) miraculorum fama conspicuus, Sanctorum catalogo adscriptus est ab Innocentio III. A. D. 1204.

Plantae, quam Brevnovii sanctus plantavit Adalbertus, Deus majus in dies incrementum dedit; crescenti enim numero monachorum ille benefactorum haud impar fuit, inter quos *Bretislaus* eminet Dux, qui et monasterium, habitum religiosum petentibus angustius jam factum amplificavit, et (circa a. 1045) novam eamque majorem ibi aedificavit ecclesiam in honorem S. fundatoris Adalberti.

Illo quoque tempore "*mater*" Brevnovium procreare coepit "*filias*" dimittens monachos suos, qui aut nova conderent coenobia, aut condita habitarent. Prima Brevnovii filia est *Monasterium Rajhradiense*, in Moravia, quod dotavit idem Bohemiae Dux Bretislaus I. et Mainhardo abbati Brevnoviensi ejusque successoribus perpetuo

dedit possidendum 1048. (Rajhradium ipsum de se loquitur). Instructa filia hac Brevnovium A. D. 1056 misit colonos in *Monasterium* illud *Sazaviense*, ex quo, defuncto S. Procopio, monachi *slavici ritus* ejecti fuerant, introductusque *ritus Romanus seu latinus.*

Annus 1063 iterum monachum Brevnovii professum episcopali videt insigniri dignitate, *Joannem* sc. primum Moraviae episcopum. Hocce in candelabrum posito alius Brevnoviensis, qui antehac inter Bohemiae primates sedem habebat, *Mikules* (Nicolaus) nomine, in solitudinem se abscondit, cella sibi in districtu Reginaehradecensi constructa, regulari vero obedientia Brevnovio subjectus. Cellam hanc A. D. 1086 Vratislaus Rex in abbatiam amplificavit, cui nomen *Opatovice* dedit, quamque munificentissime dotavit, eximendam tamen curavit a jurisdictione Brevnoviensi introducens in eam monachos ex Archi-Abbatia Montis Cassini.

Sicut mater in Bohemia, ita filia in Moravia incremento non caruit. Inter alios dux Fredericus Olomucensis monasterio Rajhradiensi locum et circuitum Granice (germanice Weisskirchen) donaverat, quem frater noster Juricus (Georgius) colebat, quem tamen locum marchio Moraviae Vladislaus anno 1201 Rajhardio eripuit et Praemonstratensibus in *Hradis* dedit. Eremita Juricus dolens, terram a se excultam ad manus pervenisse alienas, migravit Bohemiam, ibique in loco solitario et deserto *Police*, quem ad fines regni hujus orientales Metava perfluit rivulus, resedit, et exstructo ibidem eremitorio silvam extirpare coepit. Labore et dolore fractus A. D. 1209 ad requiem pervenit aeternam. Haeres ejus fit *Vitalis diaconus*, qui cum aliquot sociis Brevnovio illuc missus ad cellam Jurici habitacula monachis et oratorium in honorem B. V. Mariae aedificavit, quibus fundamenta posuit monasterii A. D. 1213 ibidem exstructi. Chuno etenim abbas postquam sacellum hoc exornaverat et ecclesiastico providerat supellectili, a rege Bohemiae *Premyslao Otokaro I.* et hunc locum et amplum circuitum, necnon regionem trans montes *Steny* monasterio Brevnovinsi donari obtinuit. Tum cellas fratrum in coenobium formavit, ac statim vocatis incolis slavicis silvas ex utraque parte montium illorum exstirpavit villasque condidit. Illo quoque tempore in regione trans montes Steny oppidum *Brumov* (germanice Braunau) aedificari coeptum. Idem Otokarus rex monasterio Brevnoviensi locum donavit ad moenia civitatis Pragae minoris, in quo abbates nostri ecclesiam S. Thomae Ap. et domum aedificaverunt monachis ad ecclesiam hanc deputatis pro habitaculo aut pro futuro monasterio. Superveniente vero

voto regis Venceslai II. abbas Christianus hanc possessionem A. D. 1285 ordini tradidit eremitarum sancti Augustini.

Districtum Brumoviensem monasterium nostrum non sine gravi ac diuturna lite cum regiis, qui ibi remanserant, magistratibus possedit, neque defuere "*advocati*" et cives oppidi hujus Brumov, qui cum perfidis pagorum primariis cumque faece plebis monasterio Policensi damna intulerunt non levia, quorum aperta vis vi mutua rejicienda fuit. Rebellibus tandem devictis et captis facta est pax. Tum abbas *Bavarus*, ex illustri familia Equitum de *Nectin*, partem arcis Brumoviensis, quam ipse novam construxerat, in *monasterium* convertit *Brumoviense*, nunc Braunaviense vel Braunense dictum A. D. 1322, quod nostro Brevnoviensi incorporavit introductis ex eodem illuc monachis, quibus Praepositum praefecit. Monasterium hoc non sine singulari miserentis Dei providentia erectum credimus, nempe quod saeculis subsequentibus ibi positum fuerit refugium nostrum. Occurrit non tacendum etiam aliud momentum. A. D. 1336 Benedictus PP. XII. Bulla "Ordinationes et reformationes" declaraverat, omnia monasteria ordinis nostri in Bohemia unam constituere provinciam, praeceperatque capitula celebranda provincialia et generalia, monasteriorumque visitationem. Ne vero visitationem et reformationem differrent, idem Summus Pontifex eodem anno hanc ipsam ob rem alteram Bullam direxit ad abbates visitatores Brevnoviensem et Trebecensem. Urgens hocce mandatum nonne cognoscitur vox aeterni ipsius Pastoris clamantis: Vigilate! Sane firmandi erant in fide inque sancta vocatione patres, quorum filiis martyrium parabatur. Advenit *saeculum decimum quintum*, notissimum tum ab igne, quo paucis exceptis patriae nostrae claustra piaque diruta sunt loca, tum a sanguine, illo imprimis monachorum et monialium, quem effrenata gens Husitarum tamquam aquam fudit non tam falsis doctrinis, quam diis incitata infernis. Quasi in momento subversa sunt Ordinis nostri monasteria haec:

1. ad S. Joannem Bapt. in insula Moldavae prope Pragam; 2. Sazaviense; 3. Opatovicense; 4. Vilemoviense; 5. In porta Apostolorum unacum eorundem praepositurís; 6. Podlacense; 7. S. Ambrosii monachorum et 8. ad S. Spiritum monialium Pragae; 9. Parthenonque Teplicense; 10. Emautino — Montserratense Pragae et 11. Kladrubiense haeretici occuparunt et in castra verterunt, nostrum vero Brevnoviense pariter spoliaverunt et succenderunt 22. Maji 1420. Tunc plures fratrum nostrorum, qui in monasterio remanserant, ferro et flammis consumi, alii capti Pragae igni traditi fuerunt: abbas vero Nicolaus cum nonnullis monachorum fuga

[illegible] in monasterium Braunense, alii Rajhradium ex prae-[illegible] pervenerunt. [illegible] monasterium haeretici quidem aggressi [illegible] monachique dispersi. — ex quo [illegible] ibi chorus [illegible] — sed [illegible] eque in eo, [illegible] qui imo repulsi [illegible]

[illegible] monasterio, [illegible] Joannes I. 1449–1460) [illegible] hac clade Brev-[illegible] possent officio, [illegible] adapta-[illegible] Triste post bel-[illegible] religioni ac [illegible] et *Gregorius III.* [illegible] haeretici religionis [illegible] 1483 [illegible] testatur id ipsum [illegible] et Policenses [illegible] vulgi et ipsius [illegible] eis quoque il-[illegible] noster *Wolfgangus* 16[illegible]2–1621 [illegible] quoque ecclesiae [illegible] tenuit. Propterea a [illegible] vindicaverant potesta-tem, proscriptus ex [illegible] est, ac in exilio mortuus. Bello tunc jam exorto trigintaannorum, quod in multis videre dedit scelera saeculi [illegible] tamilia nostra Braunensis innumera-bilia mala est perpessa: qualis vero fide fuerit et pietate, *Matthaeus Sobek a Bilenberg* nobis dicat, qui s. regulam 1636 Braunae professus primo praepositurae praefuit Rajhradiensi, factus dein abbas s. Nicolai Vetero-Pragae, regimen simul obtinuit monasterii S. Joannis sub rupe, quique dioecesi Reginaehradecensi primus datus et consecratus episcopus, archiepiscopalem tandem sedem Pragensem conscendere meruit.

Patriae nostrae interim per victoriam in *Monte Albo* catholica religione servata, animus manusque diriguntur ad conventum monasticum Brevnovii denuo formandum et Deo propitio factum est, ut A. D. 1674 post tam diuturnum (per 254 annos) silentium fratres a *Thoma* Abbate in novum monasterium introducti laudes divinas alternantibus vocibus iterum in choro canere potuerint. Ob insignes reliquias S. Margaritae V. M. ibi reconditas monasterium hocce nostrum illo aevo passim jam "*ad S. Margaritam*" dicebatur. — Sed

et ad *Sazavam* colligebantur lapides monasterii dispersi et in novum conglutinabantur claustrum, modicas aedes, in quas A. D. 1663 introducti sunt monachi Brevnoveno-Braunenses, abbati vero Brevnoviensi exinde nonnisi quoad visitationem subjecti.

Gaudium spirituale, quod fratres nostri A. D. 1674 ceperant, brevi ab eis novo et gravi infortunio tollitur: exorto scilicet 1678 incendio et ecclesia et praepositurae domus et aedificia rei oeconomicae destinata denuo diruuntur ——, novae veteribus commiscebantur ruinae! Abbati tandem *Othmaro* (1700–1738) concessum erat, non tantum monasterium nostrum Brevnoviense sed et ecclesiam ibi S. Margaritae dedicatam perficere. Idem ipse abbas monasterium quoque Braunense aedificavit et Policense consummavit. pluresque ecclesias et loca pia e fundo erexit, denique *Praeposituram Wahlstattensem* in Silesia, olim monasterii Ord. nostri Opatovicensis. resuscitavit. aedificavit, dotavitque A. D. 1738.

Sic laus dicebatur Deo, qui familiam suam igne et aerumnis probatam fidelem invenerat. At. misceri semper et ubique in terris gaudia fletibus. hominemque quo magis pacificus est eo magis pati debere, anima illa candida, abbas *Fredericus* (1752–1773) testis est, qui unacum monasteriis Brevnoviensi subjectis multas et magnas perpessus est miserias, eo maxime septennio, quo rex Borussiae Imperio nostro Austriaco bellum intulerat. Sed ex omnibus Dominus liberavit servos suos, monasteriaque nostra denuo florere coeperunt, quum A. D. 1785 majus prioribus eis oboritur vitae periculum. Deo tamen sic jubente dum plurimorum in Austriaco Imperio velut a texente praecisa est vita coenobiorum, angelus mortis nostra praeteriit, unicum Policense tangens, cujus vero bona Braunaviensi sunt adscripta. Attamen nondum erat finis, nam anno 1810 rex Borussiae Fredericus Wilhelmus III. monasterium nostrum Wahlstattense quasi leo contrivit, extinxit in momento et spoliavit.

Sic matri filia "Police" rescissa, filia "Wahlstatt" erepta, et primogenita "Rajhrad", quae a saeculo jam decimo septimo novas moliebatur res, anno tandem 1813 pristinum cum matre vinculum libere dissolvit!

Poeta quidam aevum canens Bavari abbatis decimi noni testatur:

"Florente Brevnov quinquies centum in loco
vixere fratrum in officinis, in chora,
Sophiaeque cathedris sexies dein pares,"

anno vero 1879 sub abbate quinquagesimo quinto monachi Brevnoveno-Braunenses regulam sequuntur magistram:

Reverendissimus et Amplissimus Dominus
D. JOAN. NEP. IGNATIUS ROTTER, S. T. D.,

Abbas,

in serie abbatum LV., Regni Bohemiae Praelatus infulatus, Consistorii Archiepiscopalis Pragensis et Episcopalis Reginaehradecensis Consiliarius, caes. Austriaci Ordinis Francisci Josephi Commendator, Borussici Ordinis de Aquila Rubra Eques; Pater-Abbas Monasterii Rajhradiensis in Moravia et Praepositus Wahlstattensis in Silesia; antehac in caes. reg. Universitatibus Graecensi in Styria et Pragensi in Bohemia Theologiae Dogmaticae professor, in Universitate Pragena Decanus et A. D. 1854 Rector Magnificus, Musaei Regni Bohemiae aliarumque societatum doct. Sodalis, civitatum Braunau, Police et Kladno civis honoris gratia etc. etc. nat. in Braunau Bohemiae 27. Feb. 1807, sol. prof. 9. Nov. 1828, sac. 20. Jul. 1830, Abbas electus 7. Nov. 1844; benedictus 8. Dec. 1844, renovavit s. Professionem ante 50 annosemissam 10. Nov. 1878.

2. Adm. Rev. P. Fortunatus Khunt,

Prior Brevnovii, Magister Novitiorum,

nat. in Wildenschwert Bohemiae 24. Sept. 1827, sol. prof. 5. Oct. 1851, sac. 31. Jul. 1853; *Notarius Archiepisc. Pragensis.*

3. Adm. Rev. P. Fredericus Menzel, S. T. D.,

Prior Braunae,

nat. in Qualisch Bohemiae 24. Aug. 1828, sol. prof. 5. Oct. 1851, sac. 31. Jul. 1853.

4. R. P. Joannes Chrys. Malecek,

Subprior Brevnovii,

nat. in Podmokly Boh. 4. Feb. 1800, sol. prof. 19. Apr. 1824, sac. 14. Aug. 1826; *Notarius Archiepisc. Pragensis.*

5. R. P. Thomas Kopp,

Subprior Braunae,

nat. in Magno-Bock Boh. 4. Aug. 1807, sol. prof. 14. Jun. 1835, sac. 6. Aug. 1837.

6. R. P. Hieronymus Ruzicka,

nat. in Tyniste Boh. 28. Jan. 1794, sol. prof. 10. Dec. 1815, sac. 14. Feb. 1817; *Notar. Episc. et Consist. Episc. Reginachrad. Consil*

7. R. P. Athanasius Jerábek,

nat. in Volyň Boh. 18. Dec. 1803, sol. prof. 8. Dec. 1827, sac. 15. Aug. 1829; *Notarius Episc. Reginaehradecensis.*

8. R. P. Coelestinus Jerábek, Ph. & AA. LL. D.,

nat. in Volyň Boh. 4. Jan. 1802, sol. prof. 26. Dec. 1826, sac. 20. Aug. 1827; *Consistorii Episcop. Reginaehradecensis Consiliarius.*

9. R. P. Timotheus Matousek,

nat. in Destná Boh. 2. Jun. 1813, sol. prof. 29. Jun. 1836, sac. 6. Aug. 1837; *Notarius Episcop. Reginaehradecensis, Secretarius Vicariatus Episcop. for. Braunensis, Sodalis Societatis erud. "Lotos."*

10. R. P. Othmarus Rostlapil,

nat. in Kostelek nad Orlicí Boh. 30. Oct. 1811, sol. prof. 29. Jun. 1836, sac. 6. Aug. 1837.

11. R. P. Leonardus Lichter,

nat. in Weckersdorf Boh. 29. Aug. 1812. sol. prof. 29. Jun. 1837, sac. 4. Aug. 1839.

12. R. P. Benedictus Kloucek,

nat. in Lichtenberg Boh. 23. Aug. 1814, sol. prof. 2. Sept. 1838, sac. 2. Aug. 1840.

13. R. P. Wolfgangus Morávek,

nat. in Neuhaus Boh. 5. Nov. 1817, sol. prof. 27. Sept. 1840, sac. 31. Jul. 1842; *Notarius episcop. Reginaehradecensis.*

14. R. P. Raymundus Krestan,

nat. in Tejnicl Boh. 23. Oct. 1817, sol. prof. 28. Sept. 1841, sac. 31. Jul. 1843.

15. R. P. Jacobus Lenk,

nat. in Wotsch Boh. 7. Mart. 1819, sol. prof. 28. Sept. 1842, sac. 31. Jul. 1844.

16. R. P. Aemilianus Kolár,

nat. in Srlin Boh. 9. Oct. 1820, sol. prof. 3. Aug. 1845, ord. 1. Aug. 1847.

17. R. P. Placidus Streda,

nat. in Rtin Boh. 18. Nov. 1824, sol. prof. 1. Nov. 1849, sac. 6. Aug. 1850.

18. R. P. Victor Municek,

nat. in Leitomyschl Boh. 25. Maj. 1823, sol. prof. 1. Nov. 1849, sac. 27. Jul. 1851.

19. R. P. Godhardus Schuppl,

nat. in Prag Boh. 24. Sept. 1828, sol. prof. 5. Oct. 1851, sac. 29. Jul. 1852.

20. R. P. Beda Zocher,

nat. in Barzdorf Boh. 15. Oct. 1829, sol. prof. 16. Oct. 1853, sac. 26. Jul. 1854.

21. R. P. Vincentius Falge,

nat. in Trautenau Boh. 2. Feb. 1828, sol. prof. 16. Oct. 1853, sac. 26. Jul. 1854.

22. R. P. Magnus Werner,

nat. in Grossdorf Boh. 2. Maj. 1829, sol. prof. 28. Sept. 1854, sac. 31. Jul. 1855.

23. R. P. Meinradus Dvorák,

nat. in Preic Boh. 7. Jul. 1829, sol. prof. 28. Sept. 1854, sac. 31. Jul. 1855.

24. R. P. Gregorius Wagner,

nat. in Jaromier Boh. 12. Jan. 1831, sol. prof. 7. Oct. 1855, sac. 3. Aug. 1856.

25. R. P. Leander Hubeny,

nat. in Visenav Boh. 20. Sept. 1832, sol. prof. 7. Oct. 1855, sac. 3. Aug. 1856.

26. R. P. Bonaventura Petr,

nat. in Rtin Boh. 8. Jan. 1830, sol. prof. 7. Oct. 1855, sac. 3. Aug. 1856.

27. R. P. Romualdus Schramm,

nat. in Braunau Boh. 5. Sept. 1833, sol. prof. 6. Sept. 1857, sac. 29. Jul. 1858.

28. R. P. Rupertus Smolík, S. T. D.,

nat. in Praga Boh. 5. Oct. 1832, sol. prof. 6. Sept. 1857, sac. 24. Jul. 1859; *Consistorii Episcop. Reginaehradecensis Consiliarius, in Universitate Pragena Decanus emeritus.*

29. **R. P. Robertus Riedel,**
nat. in Rupersdorf Boh. 2. Feb. 1838, sol. prof. 12. Oct. 1862, sac. 2. Aug. 1863.

30. **R. P. Pancratius Drechsel,**
nat. in Braunau Boh. 21. Oct. 1838, sol. prof. 12. Oct. 1862, sac. 2. Aug. 1863.

31. **R. P. Norbertus Repka,**
nat. in Horicka Boh. 25. Oct. 1840, sol. prof. 8. Dec. 1863, sac. 31. Jul. 1864.

32. **R. P. Christinus Plodek,**
nat. in Rzy Boh. 25. Apr. 1840, sol. prof. 8. Dec. 1863, sac. 31. Jul. 1864.

33. **R. P. Guntherus Seidel,**
nat. in Braunau Boh. 20. Sept. 1838, sol. prof. 8. Dec. 1863, sac. 31. Jul. 1864.

34. **R. P. Oddo Pospísil,**
nat. in Perimov Boh. 18. Maj. 1838, sol. prof. 8. Dec. 1863, sac. 31. Jul. 1864.

35. **R. P. Amandus Dimter,**
nat. in Ottendorf Boh. 21. Feb. 1841, sol. prof. 26. Nov. 1865, sac. 15. Jul. 1866.

36. **R. P. Bruno Ctvrtecka, S. T. D.,**
nat. in Albendorf Boh. 6. Apr. 1843, sol. prof. 26. Nov. 1865, sac. 15. Jul. 1866.

37. **R. P. Cyrillus Kanera,**
nat. in Radechov superiori Boh. 6. Sept. 1840, sol. prof. 30. Sept. 1866, sac. 31. Jul. 1867.

38. **R. P. Pius Ctvrtecka.**
nat. in Albendorf Boh. 27. Jun. 1836, sol. prof. 28. Sept. 1867, sac. 25. Jul. 1868.

39. **R. P. Venceslaus Neureutter,**
nat. in Stirín Boh. 21. Feb. 1843, sol. prof. 28. Sept. 1867, sac. 25. Jul. 1868.

opportuna in monasterium Braunense, alii Rajhradium ex praesenti se servaverunt periculo. Policense monasterium haeretici quidem aggressi sunt monachique dispersi, — ex quo s. ibi chorus conticuit usque in saeculum decimum octavum, — sed neque in eo, neque in Braunaviensi praevaluerunt districtu, quinimo repulsi aufugerunt, relictis tamen et ibi furoris sui vestigiis.

Brevnoviensi diruto abbates in Braunensi residerunt monasterio, matrem attamen nequaquam neglexerunt. Joannes I. (1449–1460) ut unus alterque monachus ad rudera, in quibus ab hac clade Brevnovium per saecula jacebat, Jeremiae saltem fungi possent officio, ecclesiam aliquatenus restauravit, et fratribus qualecunque adaptavit domicilium; erecta dein ibidem Praepositura. Triste post bellum Husiticum arma quidem composita, sed patriae, religioni ac clero pacem veram datam non fuisse, sicut alii multi et *Gregorius III.*, ab anno 1481 abbas, experiri debuit, quem haeretici religionis odio 1483 prope Cnotibor Boh. trucidarunt; testantur id ipsum monasteriis nostris semper infesti cives Braunenses et Policenses tum maxime, cum nova Lutheri doctrina libidinibus vulgi et ipsius habendi cupidini apprime accomodata, tempore suo eis quoque illuxerat. Restitit eis novaeque sectae abbas noster *Wolfgangus* (1602–1621), qui strenuus fidei defensor, jurium quoque ecclesiae tenacissimus pro muro domui Dei se ponere non timuit. Propterea a sectae hujus asseclis, qui et publicam sibi vindicaverant potestatem, proscriptus exulare coactus est, ac in exilio mortuus. Bello nunc jam exorto triginta annorum, quod in multis videre dedit scelera saeculi decimi quinti, familia nostra Braunensis innumerabilia mala est perpessa: qualis vero fide fuerit et pietate, *Matthaeus Sobek a Bilenberg* nobis dicat, qui s. regulam 1636 Braunae professus primo praeposituraе praefuit Rajhradiensi, factus dein abbas s. Nicolai Vetero-Pragae, regimen simul obtinuit monasterii S. Joannis sub rupe, quique dioecesi Reginaehradecensi primus datus et consecratus episcopus, archiepiscopalem tandem sedem Pragensem conscendere meruit.

Patriae nostrae interim per victoriam in *Monte Albo* catholica religione servata, animus manusque diriguntur ad conventum monasticum Brevnovii denuo formandum et Deo propitio factum est, ut A. D. 1674 post tam diuturnum (per 254 annos) silentium fratres a *Thoma* Abbate in novum monasterium introducti laudes divinas alternantibus vocibus iterum in choro canere potuerint. Ob insignes reliquias S. Margaritae V. M. ibi reconditas monasterium hocce nostrum illo aevo passim jam "*ad S. Margaritam*" dicebatur. — Sed

et ad *Sazavam* colligebantur lapides monasterii dispersi et in novum conglutinabantur claustrum, modicas aedes, in quas A. D. 1663 introducti sunt monachi Brevnoveno-Braunenses, abbati vero Brevnoviensi exinde nonnisi quoad visitationem subjecti.

Gaudium spirituale, quod fratres nostri A. D. 1674 ceperant, brevi ab eis novo et gravi infortunio tollitur: exorto scilicet 1678 incendio et ecclesia et praepositurae domus et aedificia rei oeconomicae destinata denuo diruuntur ——, novae veteribus commiscebantur ruinae! Abbati tandem *Othmaro* (1700–1738) concessum erat, non tantum monasterium nostrum Brevnoviense sed et ecclesiam ibi S. Margaritae dedicatam perficere. Idem ipse abbas monasterium quoque Braunense aedificavit et Policense consummavit, pluresque ecclesias et loca pia e fundo erexit, denique *Praeposituram Wahlstattensem* in Silesia, olim monasterii Ord. nostri Opatovicensis, resuscitavit, aedificavit, dotavitque A. D. 1738.

Sic laus dicebatur Deo, qui familiam suam igne et aerumnis probatam fidelem invenerat. At misceri semper et ubique in terris gaudia fletibus, hominemque quo magis pacificus est eo magis pati debere, anima illa candida, abbas *Fredericus* (1752–1773) testis est, qui unacum monasteriis Brevnoviensi subjectis multas et magnas perpessus est miserias, eo maxime septennio, quo rex Borussiae Imperio nostro Austriaco bellum intulerat. Sed ex omnibus Dominus liberavit servos suos, monasteriaque nostra denuo florere coeperunt, quum A. D. 1785 majus prioribus eis oboritur vitae periculum. Deo tamen sic jubente dum plurimorum in Austriaco Imperio velut a texente praecisa est vita coenobiorum, angelus mortis nostra praeteriit, unicum Policense tangens, cujus vero bona Braunaviensi sunt adscripta. Attamen nondum erat finis, nam anno 1810 rex Borussiae Fredericus Wilhelmus III. monasterium nostrum Wahlstattense quasi leo contrivit, extinxit in momento et spoliavit.

Sic matri filia "Police" rescissa, filia "Wahlstatt" erepta, et primogenita "Rajhrad", quae a saeculo jam decimo septimo novas moliebatur res, anno tandem 1813 pristinum cum matre vinculum libere dissolvit!

Poeta quidam aevum canens Bavari abbatis decimi noni testatur:

"Florente Brevnov quinquies centum in loco
vixere fratrum in officinis, in chora,
Sophiaeque cathedris sexies dein pares,"

anno vero 1879 sub abbate quinquagesimo quinto monachi Brevnoveno-Braunenses regulam sequuntur magistram:

8. **Fr. Romanus Fuxa,**
nat. in Rychnov Boh. 15. Mart. 1856, simpl. prof. 4. Oct. 1878.

FRATER CONVERSUS:

Fr. Gallus Rusicka,
nat. Pragae Boh. 4. Feb. 1828, prof. 2. Feb. 1860.

Bibliotheca mon. *Brevnoviensis* numerat (exceptis globis. mappis) 15.500 voll., *Braunensis* vero voll. 25.000. *Archivium Brenoveno-Braunense* MSS. olim ditissimum injuria hominum et temporum inprimis husiticorum irreparabilia passum est detrimenta; quae vero ab interitu ac fraude vindicatae sunt tabulae et documenta maximi habentur momenti, utpote quae non solum ordinis nostri, sed et totius regni Bohemiae illustrant historiam. Monasterium Braunense praeter 17 aliorum fragmenta illud possidet celeberrimum *metallum sidereum* (meteorit), quod 14. Jul. 1847 summo mane, quibusdam urbis Braunau civibus spectantibus sereno coelo ad instar globi ignei apparuit, qui mox in duas dirupit partes ad terram cadentes, quae et ambae eodem die extra urbem repertae sunt. Ibidem asservatur non spernendus numerus *nummorum regni Bohemiae antiquorum*, inter quos non pauci sunt rarissimi tum valoris quondam publici, tum illorum, quos olim regni Bohemiae proceres condendos curarunt.

PAROCHIAS

adnexasque parvulorum scholas administrant Patres Brenov-Braunenses:

I. *In archidioecesi Pragensi:*

1. Brevnov, *S. Margaritae, V. M.*, (eccl. claustralis simul parochialis) cum sac. 2, animabus 3,390, schola 1. Huc pertinet ecclesia peregrinantium *B. M. V. de Victoria in Monte Albo.*

2. Pocapl ad Albim, *S. Adalberti, E. M.*, cum sac. 1, anim. 1,005, schola 1.

II. *In dioecesi Reginaehradecensi:*

3. Braunau, *SS. App. Petri et Pauli*, cum sac. 3, anim. 8,621. scholis 4.

4. Hermsdorf, *Omnium Sanctorum*, et filialis *S. Joannis Bapt.*, cum sac. 1, anim. 2,431, scholis 2.

5. **Maerzdorf**, *S. Georgii, M.*, et filiales: Barzdorfii, *S. Magdalenae*, et Ottendorfii, *S. Barbarae, V. M.*, cum sac. 2, anim. 4,544, scholis 3.
6. Rupersdorf, *S. Jacobi Maj.*, cum sac. 1, anim. 3,170, scholis 3.
7. Schoenau, *S. Margaritae, V. M.*, cum sac. 1, anim. 2,260, schola 1.
8. Wernersdorf, *S. Michaelis Archang.*, et filialis Wiesnae, *S. Annae*, cum sac. 2, anim. 3,893, scholis 3.
9. Polic, *B. M. V. assumptae*, olim monasterialis, cum sac. 4, anim. 7,814, scholis in oppido et pagis 11.
10. Bezdekov (Boesig), *S. Procopii, Abb. C.*, cum sac. 1, anim. 1,488, scholis 2.
11. Machov (Machau), *S. Wenceslai, Duc. M.*, cum sac. 2, anim. 2,542, scholis 2.
12. Metlican, *S. Jacobi Maj.*, cum sac. 2, anim. 2,850, scholis 3.

III. *In dioecesi Vratislaviensi*, districtu Freistadiensi, Silesiae Austr.

13. Orlov (Orlau), *Nativitatis B. M. V.*, parochialis et peregrinantium, olim Praepositura filialis monast. Tynicensis O. S. B. in Galicia, cum sac. 2, anim. cathol. 3,018, scholis 3.

Monachi 18 *magisterio* funguntur: 1. in *schola monasteriali Brevnovii* privata, ubi propter cantum sacrum quatuor pueri sustentantur monacho uno paedagogo; 2. in *scholis civitatis Braunau* duabus publicis et una privata catechistae sunt monachi tres; 3. in *gymnasio Braunaviensi* monasterio cohaerenti, quod ab abbatibus Brevnoviensibus erectum est et ab ipsis omni providetur ornatu docentibus necessario, omnique in re ab eisdem sustentatur quodque publica in Imperio Austriaco gaudet auctoritate, juvenes circiter 200 per octo gymnasii classes docent monachi duodecim; 4. monachus unus docet in *C. R. Universitate Pragensi* theologiam, quam vocant pastoralem, idiomate bohemico; 5. unus docet in *C. R. gymnasio academico Theresiano* Viennae.

Necrologium ab anno 1866.

Obierunt anno aetatis, professionis, sacerdotii:

1866,	15. Apr.	R. P. Joseph Mixanek,	aet. 75,	prof. 51,	sac. 51.
"	15. Jun.	" Procop. Kroskovsky,	" 54,	" 28,	" —.
"	12. Aug.	Fr. Adalbertus Kyncl,	" 23,	" 1.	

1866, 28. Nov.	R. P.	Ignatius Kutik,	aet. 63,	prof. 35,	sac. 32.
1867, 11. Dec.	"	Andreas Veselka,	" 59,	" 32,	" 31.
1870, 18. Feb.	"	Methodus Fastr,	" 75,	" 50,	" 47.
" 24. Jun.	"	Romanus Kazák,	" 60,	" 32,	" 30.
1872, 22. Feb.	"	Maurus Hurka	" 48,	" 23,	" 21.
" 12. Mart.	"	Paulus Tejrovsky,	" 56,	" 32,	" 30.
1874, 27. Mart.	"	Benno Sedlácek,	" 53,	" 29,	" 27.
" 3. Apr.	"	Basilius Jedlicka,	" 70,	" 47,	" 45.
" 22. Jun.	"	Cajetanus Eger,	" 68,	" 42,	" 40.
1875, 3. Mart.	"	E. Itz de Mildenstein,	" 86,	" 63,	" 63.
1876, 14. Nov.	"	Stephanus Kriesche,	" 85,	" 50,	" 62.
" 9. Dec.	"	Eusebius Bittner,	" 69,	" 45,	" 44.
1877, 2. Mart.	"	Augustin. Mattusch,	" 59,	" 39,	" 36.

ABBATIA S. HADRIANI,

APUD ZALAVAR, DIOEC. —.

Inscript. epist.: Hochw. Benedictiner-Abtei St. Hadrian, Zalavar, Ungarn, Austria.

Abbatia haec a S. Stephano, Hungariae protorege an. 1019 fundata, a Turcis an. 1574 devastata, postliminio per Carolum regem apostolicum, hujus nominis tertium, an. 1715 resuscitata ac Ordini Benedictino reddita est celebrique Austriae inferioris Abbatiae Gottwicensi incorporata, a qua demum 23. Oct. 1873 per decretum regium sejuncta independensque reddita est.

MONACHI:

Reverendissimus et Amplissimus Dominus,

D. GREGORIUS MODROVICS,

Abbas,

aurea cruce cum corona pro meritis decoratus, nat. in Lebeny 23. Maj. 1813, sol. prof. 29. Mart. 1840, sac. 8. Sept. 1840, abbas denominatus 2. Apr. 1874, sol. installatus 17. Maji 1874.

2. **R. P. Conradus Horvath,**

Prior et Spiritualis,

nat. in Kis-Czell 9. Maji 1807, sol. prof. 20. Mart. 1836, sac. 13. Nov. 1836.

3. R. P. Ladislaus Tomsich,

nat. in Fueles 2. Mart. 1812, sol. prof. 29. Mart. 1840, sac. 20. Sept. 1840, *Administrator bonorum.*

4. R. P. Stephanus Wallner,

nat. Ginsii 24. Aug. 1827, sol. prof. 4. Aug. 1861, sac. 10. Aug. 1862. *Parochiae administrator de Csacs.*

5. R. P. Gabriel Nemeth,

nat. in Koermend 11. Jul 1839, sol. prof. 6. Jul. 1862, sac. 9. Aug. 1863. *Parochiae administrator de Zalavar.*

6. R. P. Georgius Garath,

Subprior et administ. Par. de Zala - Apati,

nat. in Perenye 16. Dec. 1844, sol. prof. 27. Mart. 1870, sac. 14. Aug. 1870.

7. R. P. Adrianus Desits,

nat. Sabariae 6. Mart. 1845, sol.prof. 12. Nov. 1871, sac. 15. Aug. 1872. *Archivarius et Bibliothecarius.*

8. R. P. Benedictus Lipoecz,

Magister Novitiorum,

nat. Taplanfae 27. Oct. 1850, sol. prof. 8. Sept. 1878, sac. 17. Nov. 1878

Fr. Emericus Mesterhazi,

nat. 1. Oct. 1854, simpl. prof. 22. Aug. 1876. *Studens theol.*

Fr. Maurus Ross,

nat. 24. Nov. 1856, indutus 27. Sept. 1878. *Novitius.*

Fr. Gerardus Somogyi,

nat. 8. Dec. 1859, indutus 27. Sept. 1878. *Novitius.*

Bibliotheca constat tomis 6,000. — Ad Patronatum Abbatiae pertinent *tres Parochiae et tres Filiales* cum fidelibus 4,541, scholaribus 579.

ABBATIA B. MARIAE V. ASSUMPTAE ET SS. CHILIANI ET SOCIORUM,

DIOECESIS LINCIENSIS IN AUSTRIA SUPERIORE.

Inscript. epist.: Hochw. Benedictiner-Stift zu Lambach, Ober-Oesterreich.

Monasterium Lambacense, dioecesis Linciensis, antea Passaviensis, in Austria Sup., per Arnoldum, comitem de Wels et Lambach, circa A. D. 1040 pro clericis saecularibus fundatum est. Adalbero, beatae memoriae, Arnoldi filius, ab A. D. 1045 usque 1090 Episcopus Wirceburgensis in Franconia, hoc ipsum monasterium Monachis O. S. B. tradidit anno 1056, vir et alioquin de restauranda et amplianda observantia regulari optime meritus, necnon ex parte S. Gregorii PP. VII. fidelissimus jurium ecclesiae propugnator. Monachos adscivit e monasterio Schwarzacensi, suae Dioecesis antiquissimo et nuperrime per Gorzienses reformato. — In honorem episcopatus Wirceburgensis monasterium Beatissimae Virgini Mariae et Franconiae Apostolis, Sancto Chiliano scil. et Sociis, die 15. Sept. 1089 dedicatum est per fundatorem ipsum et Altmannum, Episcopum Passaviensem. In sequenti anno, die 6. Oct., pie obiit Lambacii pius fundator.

Quousque fundator viveret, ipsemet Abbates e Wirceburgensi dioecesi vocavit et Lambacii moderatores designavit. Quorum quidem unus, Sigibaldus nomine, religionis semina in monasterium Mellicense, in Austria inferiore, propagavit. Intima perduravit inter haec coenobia et Wirceburgenses Episcopos unio, donec ineunte saeculo XIII. penitus dissoluti sunt nexus, Ottone de Lobdeburg, Wirceburgensi Episcopo, efficiente.

Anno 1233 per copias Ottonis, Bavariae ducis, devastatum est monasterium et igni traditum, sed paulatim restaurata sunt aedificia, quin tamen rediret illa regularis observantia, donec bis visitatum, anno 1419 et anno 1431, jubente quidem Austriae Duce, unacum reliquis Austriae monasteriis ad observantiam reductum est. Exinde denuo optimae observantiae acquisivit famam, ita ut sub Abbatibus, Thomae de Retz, ab a. 1436 — 1474, ejusque successore, Joanne IV. Schwerzwadel, ab a. 1474 — 1504, graves potuerit sustinere partes pro tuenda reformatione, Mellicensi dicta, quae a Sacro Specu, Sublaci, ortum habuit. Porro Monachi ad B. M. V. ad Scotos, Viennae in Austria, inde rogarunt sibi Abbatem, Joannem, S. Th. D., et Altachium inferius Fridericum suscepit, Gottwicenses



MONASTERIUM S. MARIAE ASSUMPT., Lambaci, Austriae.

denique Stephanum reformandi causa advocarunt. — Sub eodem Thoma de Retz Lambacensibus Abbatibus, interveniente Alberto VI., Austriae Duce, concessum est jus intra monasterii septa adhibendi pontificalia, anno quidem 1458.

At graviora sequebantur tempora. Medio enim saeculo XVI., hac regione Lutheri infaustissima dogmata grassari coeperunt, rustici subditi rebelles evaserunt sub regimine politico satis imbecillo in tuendis monasteriis, unde et disciplina maximum aeque ac catholica religio detrimentum cepit. Hoc tempore vero Abbas Burcardus Furtenbacher, ab a. 1585 – 1599, e monasterio ad SS. Udalricum et Afram Augustae Vindelicorum evocatus, resuscitator catholicae religionis vocari meruit. — In feliciora tempora incidit regimen Abbatis Placidi Hieber (1640 – 1678), qui a. 1656, sexto saeculari a fundatione coenobii anniversario, novam ecclesiam claustralem dedicari fecit coenobiumque ipsum ampliavit, quapropter *tertius* fundator nominari commeruit. Sub hujus regimine Joannes Schmitzberger, claustri Prior, mox vero ad B. M. V. Scotorum. Viennae, Abbas, (1669 – 1683) designatus est Episcopus Hellenopolitanus i. p. i., a. 1673.

Nova aedificia addiderunt Severinus Blaas (1678 – 1705) et Maximilianus Pagl (1705 – 1725) qui etiam a. 1706 communicationem spiritualium privilegiorum Cassinensi Congregationi concessorum obtinuit, et sub eodem tempore exinde celeberrimum sacellum SS. Trinitatis in Paura, prope Lambach, fundavit, a pie peregrinantibus postmodum undequaque visitatum. — Grave onus sustinuit Abbas Amandus Schickmayr (1746–1794), sub cujus regimine monasterium suppressum est, 17. Aug. 1784. Anno tamen sequenti permissum iterum est clericos educari virosque emeritos vita uti communi. Perduravit monasterium per funesta tempora belli, sed ter invasum ab hoste in militum tabernam primo, deinde vero in infirmorum hospitium mutatum est. Ab anno hujus saeculi vigesimo *administratores* a politico gubernio Abbatum loco praeesse monasterio jussi, quibus quidem in laudem et gratias referendum, ut monasterium, a debitis liberatum tandem respiraret.

Visitatio apostolica monasteriorum per totum imperium Austriacum suscepta, Lambaci peracta est die 3. Nov. 1857, et a Visitatore, S. R. E. Cardinali, Archiepiscopo Pragensi, die 8. Sept. 1858 P. Theodoricus Hagn, Monachus Cremifanensis, designatus est Abbas, qui vitam communem ac regularem denuo stabilivit disciplinam. — Nuperrime sub praesente Rcvmo D. D. Abbate Joanne X. Ecclesia splendide restaurata est.

MONACHI:

Reverendissimus et Amplissimus Dominus,
D. JOANNES DE LASSER,
Abbas,

Abbatum ordine LII., S. R. C. Majest. Consiliarius et Perill. Praelatorum Provinciae Austriae S. An. Collega, natus in Windish-Matrey Tyroli 24. April. 1822, prof. 21. Sept. 1845, sac. 22. Jul. 1846, Abbas electus 14. Maj., Mitra ornatus 15. Maj. 1873.

2. Adm. R. P. Placidus Feger,
nat. in Schemnitz, Hungariae, 15. Aug. 1804, sol. prof. 25. Sept. 1864, sac. 25. Oct. 1828, *jub.* 3. *Nov.* 1878.

3. R. P. Maurus Ramsauer,
nat. in Hallstadt, Austriae, 6. Sept. 1824, sol. prof. 31. Dec. 1848, sac. 22. Jul. 1849, *moratur in Foed. Provinc. Americ. Sept.*

4. R. P. Joseph Neustifter,
nat. Viennae, Austriae, 24. Aug. 1832, sol. prof. 15. Aug. 1863, sac. 26. Jul. 1857.

5. R. P. Gotthardus Heigel,
nat. in Winkling, Bavariae, 1. Maj. 1831, sol. prof. 25. Sept. 1864, sac. 11. Mart. 1856.

6. R. P. Pius Schneider, S. T. D.,
nat. in Kremsmuenster, Austriae, 22. Apr. 1839, sol. prof. 15. Sept. 1861, sac. 27. Jul. 1862.

7. R. P. Chilianus Seifert,
nat. in Lichtenberg, Silesiae, 4. Nov. 1833, sol. prof. 27. Jan. 1867, sac. 2. Jul. 1859.

8. R. P. Coelestinus Baumgartner,
nat. in Waizenkirchen, Austriae, 19. Feb. 1844, sol. prof. 29. Sept. 1865, sac. 28. Jul. 1867.

9. R. P. Benno Mayr,
nat. in Linz, Austriae, 6. Dec. 1846, sol. prof. 15. Sept. 1870, sac. 1. Nov. 1870.

10. **R. P. Anselmus Hohenegger,**
nat. in Graun, Tyroli, 24. Maj. 1848, sol. prof. 30. Sept. 1871, sac. 1. Sept. 1872.

11. **R. P. Oddo Auer,**
nat. in St. Marienkirchen, Austriae, 26. Mart. 1846, sol. prof. 24. Sept. 1872, sac. 20. Sept. 1873.

12. **R. P. Augustinus Rabensteiner,**
nat. in Villanders, Tyroli, 11. Nov. 1847, sol. prof. 6. Sept. 1873, sac. 26. Jul. 1874.

13. **R. P. Benedictus Studener,**
nat. in St. Georgio prope Tolled, Austriae, 29. Jun. 1849, sol. prof. 6. Sept. 1873, sac. 26. Jul. 1874.

14. **R. P. Bernardus Gruener,**
nat. in Karthaus, Tyroli, 12. Jan. 1850, sol. prof. 6. Sept. 1873, sac. 26. Jul. 1874.

15. **R. P. Bonifacius Kuen,**
nat. in Innsbruck, Tyroli, 5. Nov. 1850, prof. 8. Oct. 1876, sac. 21. Dec. 1876.

FRATRES CLERICI:

1. **R. Fr. Maurus Hummer,**
nat. in Gunskirchen, Aust., 19. Maj. 1859, simpl. prof. 8. Sept. 1877.

2. **R. Fr. Adalbero Angerer,**
nat. in Meran, Tyroli, 25. Jan. 1860, simpl. prof. 15. Aug. 1878.

3. **R. Fr. Meinradus Huber,**
nat. in Goefis, Rhaetiae, 25. Jan. 1854, *Novitius*, indut. 14. Jul. 1878.

4. **R. Fr. Magnus Koell,**
nat. in St. Petro Tyroli, 6. Mart. 1859, *Novitius*, indut. 20. Aug. 1878.

Fratres Conversi: Sex.

Necrologium inde ab anno 1866:

Rev. P. Bonifacius Radimersky, obiit 16. Nov. 1866.
Rel. Fr. Odilo Pluschka, obiit 10. Jul. 1867.
Revmus D., D. Theodoricus Hagn, Abbas, obiit 29. Aug. 1872.
Rev. P. Godefridus Schrotter, obiit 2. Mart. 1873.
" Beda Heller, obiit 18. Jan. 1874.
" Adalbertus Donnebauer, obiit 26. Dec. 1874.
Adm. Rev. P. Aemilianus Mann, Prior, obiit 3. Aug. 1876.
Rev. P. Norbertus Klinger, obiit 1. Feb. 1877.
" Gregorius Breuer, obiit —— 1879.
" Ferdinandus Wurm, obiit 3. Feb. 1880.

Adest ampla *bibliotheca* 33,000 voluminum ac manuscriptorum plurium; porro *imaginum* aeri vel cupro incisarum thesaurus, denique *crustaceorum et mineralogica* collectio.


QUATUOR PAROCHIAS

administrant Monachi:

1. Lambach, 5300 circiter animarum, cum scholis adnexis,
2. Neukirchen, 786 " " " schola adnexa,
3. Aichkirchen, 550 " " " schola,
4. Pachmanning, 600 " " " schola; praeterea Sacellum SS. Trinitatis cum *beneficio* in Paura, cum schola.

1. Parochia *Lambacensis* circa annum 990 condita est a comitibus de Wels et Lambach. Primitus quidem sacellum quoddam, postmodum ecclesiae claustri adnexum, usibus inservivit parochianorum, ad saeculum usque medium decimumquartum. Tum vero alio loco exaedificata est ecclesia, S. Joanni Bapt. sacra, quae usque ad annum 1785 parochialis erat. Hoc anno autem, 1785, civile gubernium declaravit claustralem ecclesiam simul esse parochialem, atque ita deinceps permansit.

2. et 3. Ecclesia apud *Neukirchen*, S. Stephano, Protomartyri, dedicata antiquissima jam ad annum 1070 in monasterii documentis occurrit. Fuit filialis parochiae *Gaspoltshofen*, dioec. Passav., postea Linciens., usque ad 1693, quo tempore unacum ecclesia de *Aichkirchen* monachis Lambacensibus tradita est primo quidem ad tempus tantum, deinde vero anno 1667 in perpetuum, facta scil. commutatione cum



MONASTERIUM SS. PETRI ET PAULI, Rajhradii, Moraviae.

monachis pro parochia *Oberkirchen*, dioec. Passav., nunc. S. Hypoliti, quam jam ab anno 1248 possederant.

4. *Pachmanning* ad primam dotem ecclesiae Salisburgensis, S. Ruperto concessam, pertinet, et jam saec. 9. "capella" ibidem commemoratur. Anno 1445 primum parochiae nomine in monumentis insignitur. Fuit antiquitus filialis parochiae de *Pichl*, cujus parochus vicarium praesentavit, postea transiit ad parochiam de *Pennewang*, demum ab anno 1784 monachis Lambacensibus tradita est. Sacellum in *Paura* jam ante 1204 commemoratur. Loco sacelli antiqui, ab Abbate Severino destructi, Abbas Maximilianus annis 1714-1724 aliud aedificavit in honorem Ssmae Trinitatis, cum 3 turribus, 3 portis, 3 organis, 3 altaribus.

In quatuor parochiis supra descriptis *octo* monachi curam animarum gerunt. — *Orphanotrophium* fundatum ab Abbate Maximiliano cum beneficio in Paura conjunctum erat, nunc vero cum ipso monasterio cohaeret. Septem sustentantur pueri qui in arte musica, praesertim in cantu ecclesiastico a monachis instituuntur.

ABBATIA SS. PETRI ET PAULI

APUD RAIGERN (RAJHRAD) DIOEC. BRUNENSIS.

Inscript. epist.: Hochw. Benedictiner - Stift *Raigern* bei Bruenn, Mæhren, Oesterreich.

Monasterium Raigradiense (idiomate vernaculo Rajhrad, germanice Raigern) in Moravia, Austriae provincia, dioecesi Brunensi situm, fundatum est in honorem SS. Apostolorum Petri et Pauli a Bretislao, Bohemiae et Moraviae duce an. 1048, uti literae fundationis hujus, in archivo asservatae, testantur. Primi, qui illud incoluerunt monachi erant, Brevnoviensis coenobii, vulgo ad S. Margaritam non procul a Praga Bohemiae distantis, cui in perpetuum possidendum a fundatore traditum, et quocum usque ad annum 1812 velut paterno connexu remansit conjunctum. Donatione primaria villarum Rajhrad, Papovice, Opatovice, Objechori, Rajhradice et Zoucka circumjacentium, nec non agri Domasoviensis, plus duobus miliariis a Brunna ad occidentem, nova cella in loco arcis desolatae constructa, fuit ditata. Qui primi fuerint eam inhabitantes monachi ignoratur, neque primi praepositi nomen constat; "Maurum" ne, an "Matthaeum" fuisse dicas, lis inter doctos. Neque minorem

parit series praepositorum texenda usque ad saeculi XIII. initium difficultatem. Intimus, qui fuerit primo saeculo historiae domus cum rebus paternis connexus, historiographus Raigradiensis Dr. Beda Dudik duobus tomis luce clara ostendit. Primi praepositi, quorum nomina e documentis constant, sunt Joannes I. (1088). Bogdal (1210), Paulus (1234), sub quo, 1241, tempore obsidionis civitatis Brunensis per immanes Tartaros Bretislai fundatio devastata est, sicuti secunda vice vix reconstructa an. 1283 ab Hungarorum catervis sub Martino I. praeposito. Mortem magnanimi coenobii nostri fautoris, Premyslai Ottakari II., in pugna mense Aug. an. 1278 contra Rudolphum I. pugnata, magna denuo secuta est calamitas. Legiones victoris omnia susque deque verterunt et Domus Dei nostra per quinque annos (1281–1286) spelunca facta est latronum. Sequuntur nova reconciliatio novaeque donationes. Sub praeposito Thoma (1313–1327) Musae apud nos peramoena invenere domicilia et an. 1330 sub Joanne II. in oppido Raigrad parochia fuit erecta. Annorum seriem usque ad 1348, in quibus 1336 ob bullam Benedicti XII. "de ordinatione et reformatione monachorum" memoratu dignum est, et cujus statuta in secuto primo capitulo provinciali Bohemia et Moravia usu recepit, monasterium nostrum pacifice et quiete peregit et sub Carolo IV. imperatore Raigrad felicibus sub auspiciis quartum inauguravit existentiae suae saeculum. Praepositi nominantur successive: Joannes II. (1327), Vitus (1339), Nicolaus (1349), Gallus (1360), Hodislaus (1366), Benedictus (1386), Gregorius (1400). Jodoco, ultimo marchione Moraviae 1411 mortuo, deplorandae incipiunt Hussitici belli perturbationes, causae summorum malorum etiam apud nos. Brevnovio per incendium deleto (1420) fratres doctrina praeclari Joannes Holeschoviensis, Leo, Vitus, Marcus aliique a nostratibus benigne suscepti multa hic reliquerunt summi ingenii monumenta sub praeposito Sobieslao (1417), viro benevolo. Ad annum 1449 Raigradii status sub Petro I., cujus praepositi antecessores Erasmus (1443), Trojanus (1436), Marcus (1429) leguntur, describitur deplorandus; fratres pulsi, coenobium iterum spelunca latronum. Sequuntur Henricus (1453) et Petrus II. (1469), sub quo Mathias rex villam nostram Ostrovacic civitati Brunensi pignori dedit, in cujus potestate fere usque ad 1499 remanebat. Successor ejus Simon (1479), abbas Vilemovicensis electus, Laurentio I. et post ejus mortem successive Stephano (1488) et Petro III. (1499) regimen Raigradiense committit, sub quo villa Ostrovacic, aere redempta, monasterio iterum unitur. Laurentius II. (1500), abbas Brevnoviensis electus, Jacobum

apud nos habuit successorem (1506), qui iterum abbas in Brevnov designatus, rem Raigradiensem administrandam tradidit Blasio, viro in rebus agendis dexteritate conspicuo, cui gladio perfosso Joannes III. subrogatur. Joanne 1531 morte praematura abrepto Mathias Tachoviensis succedit, qui sacellum in oppido Raigrad exstruendum curavit eique coemeterium pro populo adjunxit. Sub ejus successoribus Joanne IV. (1537) et Valentino Polono (1541) Raigrad bis incendio devastatur; Dominico vere regente (1549) e cineribus resuscitatur, Hungari autem evacuant horreas et cellaria. Duo Poloni in praepositura secuti Sebastianus de Wartenberg (1559) et Adamus Polidorus (1562) inaequali apud nos notantur calamo; Martinus de Prawdovic (1563) primus novitios proprio marte suscipit et ad professionem pro Raigrad admittit. Occurrunt post ejus mortem Wenceslaus Blescenski (1565) et Jacobus II. Orlik (1572) in tabulis, quorum successor Christophorus ex illustri familia de Sobiekursko et Lipice, vix vigesimo aetatis anno transacto praepositi munere decoratus, restitutor delapsae disciplinae, ob spoliatum a fure ignoto servum Rudolphi II. captivus Cremsirium jussu imperatoris deducitur et satisfactione demum data in locum suum restitutus, Olomucensi synodo adest, conatus varios ad tradendum monasterium nostrum societati Jesu forti manu irritos fecit et tricesimo regiminis anno 1607 mortem oppetiit, vir prudens et zelosus. Qui sequuntur in serie praepositorum antiqua Matthaeus Cocil et Thomas Zaruba documentis novissime erutis spurii declarantur. Sequitur Michael Bilinski praepositus (1607-1613) ob virtutum splendorem et doctrinam ad abbatiam Sazaviensem ad S. Procopium reformandam assumptus, ubi plenus meritis 1617 e vita discessit. Rebellione in Bohemia et Moravia exorta, monasterii nostri bona possessionesque Joanne Bennone I. Flacco de Falkenberg (1613–1621) praeposito, proclamata confiscatione bonorum ecclesiasticorum, expulsis fratribus nostris venduntur et victoria demum Albo-Montana a Ferdinando II. recuperata nobis redduntur. Benno abbas Brevnoviensis eligitur; succedit apud nos Daniel Benedictus Kavka Pragensis (1621–1623) et Georgius Adalbertus Kotelik de Horstein (1623–1643), sub quo 1623 exercitus Betleni Gabor monasterium invadit, illud spoliat, ecclesiam profanat; damna vero illata brevi resarciuntur. Ast sub ejus successore Augustino Seifert (1643–1651), Brevnoviensi alumno, cum Brunna 1645 a Suecici exercitus duce Torstenson obsideretur, bona nostra iterum plane expilata et destructa fuere, praepositus ipse Brunnam aufugit, reliquis fratribus per regionem circumjacentem dispersis.

Augustinus, abbas Brevnoviensis electus, Victorinum Badurium in locum suum subrogavit, qui biennio post vitam cum morte commutavit. Sub Victorino 1653 prima statuta congregationis Bohemico-Moravicae condita fuere. Quo defuncto Augustinus abbas titulum praepositi praelati Moraviae pro se et successoribus reservare intendens, priorem Raigradii Martinum Raschka administratorem nominavit, ast cum nec Aula nec ordines Moravici reservationem hanc probarent in capitulo 26. Sept. 1655 hicce celebrato, Joannes Casparus Wier praepositus instituitur (1655 – 1666). Anno 1663 Raigradium per Tartaros devastatum per decem menses desolatum remansit; praepositus vero omnem curam ad resarcienda damna mox adhibuit, usque dum multa adhuc in animo moliens naturae debitum reddit an. 1666. Subsequitur Coelestinus Arlet, cujus denominatio causa fuit decreti caesarei, ut electioni praepositi semper commissarii regii praesentes essent. In gratiarum actionem pro liberato a peste pago Opatovicensi ad ejusdem pagi limen Coelestinus 1677 sacellum exstrui curavit ac quotannem processionem ad Thaumaturgam Turanensem eadem de causa instituit. Coelestino mortuo (1683) fratres nostri, suffulti decretis Concilii Tridentini unum e suis praepositum habere conantur, reluctante abbate Brevnoviensi. Lite hac de libera electione in tertium annum jam protracta, qua durante Wenceslaus Horatius administratorem apud nos egit, Raigradienses die 14. Julii transactionem cum Brevnoviensibus eo inierunt, ut abbas Brevnoviensis nomina trium candidatorum declaret, una vice e gremio suo et altera e Raigradiensi, e quibus conventus noster praepositum sibi eligat sicque alternatim Brevnoviensis et post eum Raigradiensis ad dignitatem praepositi apud nos perveniat. Qua transactione ex utraque parte accepta et ratihabita 9. Aug. Victorinus Reinbold (1686 – 1690) e candidatis Brevnoviensibus praepositus Raigradii eligitur, qui quadriennio sui regiminis an. 1687 ab Innocentio XI. pro se suisque successoribus insignia pontificalia obtinuit variaque aedificia vel erexit vel funditus restauravit. Quem secutus est Placidus Novotny e professis Raigradiensibus (1690 – 1692), sub quo pro ecclesia nova monasteriali fundamenta posita fuere.—Successor Benno Brancavsky Brevnoviensis (1692 – 1709) turres ecclesiae monasterialis ad fastigium perducit, pontem lapideum super Schwarzavam magnis sumptibus construit, suffragia ac preces hucusque consuetas pro quolibet fratre defuncto in capitulo generali Braunae stabilita sua manu sancivit et quae morte praematura prohibitus inchoata remanserunt, suo reliquit successori continuanda Antonio Pirmo

Raigradiensi (1709 – 1744), qni, moderna ecclesia an. 1730 feliciter ad finem perducta ac consecrata, magnam quoque partem conventus erigi curavit aureamque nostris inaugurari visus est aetatem, quum eheu! 1742 Borussis hostiliter Moraviam invadentibus nova calamitatum series incipit. Damna nobis tunc illata multa pecunia aestimantur. Pace Wratislaviensi 11. Junii h. a. composita et Moravia ab hostibus liberata Raigradium lacunam rei familiaris explere coepit, brevi post autem (2. Feb. 1744) ad tumulum patris sui Antonii stetit viduatum. Eligitur e gremio Brevnoviensi Matthaeus Stehlík nobilis de Czinkov et Frenstatt (1744 — 1749), Antonii successor, cujus viri omnibus ornati scientiis, quod summopere dolendum, perbreve apud nos erat regimen. Eundem excepit professus noster Aemilianus Matejsky (1749--1756) nigro calamo notatus. Septimo praeposituraе anno Aemilianus abdicari cogitur eumque subsequiter celeberrimus historiographus ac Musis severioribus deditissimus Bonaventura Pitter (1756--1764) e gremio Brevnoviensi, qui, multis laudabiliter peractis et suae eruditionis in archivo nostro praeclaris testimoniis relictis, febri victima cadit octavo regiminis anno. Post obitum hujus splendidissmi O. N. sideris successor eligitur Othmarus Conrad professus noster, ultimus in serie praepositorum (1764--1812), qui per medium fere saeculum fortunae vicissitudines domus nostrae licet non stabili semper manu regebat. Varia aedificia Othmarus partim restaurat partim de novo aedificat; incipiunt altercationes inter imperium civile et ecclesiasticum, edictum tolerantiae in publicum prodit, cassantur exemptiones ordinum decreto Josephi II.; domum tamen nostram singulari C. R. aulae munificentia et praepositi labore conservatam videmus. Plura incendia tempestatumque calamitates atque furum infestationes magna nobis intulerunt damna; ecclesia in Sirovic erigitur necnon capella S. Annae in Hluboky, cujus prioris beneficii an. 1780 solemniter nobis traduntur literae fundationis. Seriem variarum calamitatum, ne multus sim, quibus irruptiones Franco-Gallorum in Moraviam annis 1801, 1805 et 1809 inprimis veniunt adnumeranda, jucundioribus claudam rebus, quae 1797 et 1803 obtigerunt, quorum priori Othmarus praepositus post annos quindenos secundam suam emisit professionem, posteriori vero sacerdos jubilatus ad altare stetit. Temporum inquietudo, quibus dissensiones in gremio fratrum accedunt, senem grandaevum ad impetrandam praeposituraе abdicationem adducunt, quam mors inexorabilis an. 1812 praevenit, quae Othmarum optimae indolis e tumultuosa hac vita ad requiem praeoptatam traduxit aeternam. Post Othmari praepositi obitum

prior Raigradiensis P. Gregorius Sasavsky administrator constitutus nullum non movit lapidem, ut connexus Raigradium inter et Brevnovium omnimode disrumperetur atque praepositura nostra sui juris facta, exempta et libera et jure proprium sibi abbatem eligendi decorata, auctoritate Caesarea declararetur idque tam felici eventu, ut clementissima resolutione C. R. d. d. Viennae 22. Martii 1813, monasterium nostrum in abbatiam eveheretur. Administrator parochiae Nigrofanensis Augustinus Koch primus fit abbas Raigradiensis (1813–1832), homo pius et devotus, ast in rebus gerendis non semper felix, qui permulta Domus Dei utensilia et supellectilem diversi generis comparavit et pari ratione uti rei agrariae, etiam literariae curam gessit, bibliothecam systematice de novo ordinandam curavit ac professionis necnon sacerdotii sacris semisaecularibus persolemniter celebratis, in residentia nostra Brunensi supremum obiit diem. In nova electione praeter omnem expectationem excidit sors in culinae praefectum Victorem Schlossar 28. Oct. 1793 natum, qui secundus Raigradiensis abbas 16. Sept. 1832 ab episcopo Brunensi abbatialem benedictionem accepit. Zelo Domus Dei et disciplinae regularis totus aestuabat, quam ad observandum sibimet ipsi primus proposuit, ut exemplo proprio edoceret animos hinc inde etiam refragantes dulci jugo Domini se subjicere. Sicque cella revera coëlum fratribus facta est et nostrum monasterium famam reformati ac disciplinati coenobii ubique jure promeruit. Pari modo et studio etiam meliorationes ac ordinationes oeconomiae et externi status nostri prosequebatur et quae ad redditnum meliorationem conducere possent, uti effossionem piscinarum, novorum canalium, erectionem aggerum, commutationem pratorum et agrorum, forti et suscepit et prosecutus est manu. Annus 1848 novam inchoabat reipublicae aeque ac ecclesiae aetatem. Memoranda nobis sunt, quae nostrum tangunt coenobium, abolitio servitutum, juris venationis, correctio et directio fluvii Schwarzava versus Weikovicium ac celebratum eodem anno festum saeculare monasterii octavum. Sicque miseratione divina attigimus terminum medii saeculi XIX., post quod anno quarto 16. Aug. 1854 abbas Victor apoplexia tactus animum placide Deo reddidit, qui paucis ut dicam, omnibus omnia factus est. Post dilecti praesulis obitum 22. Nov. legali forma, votis omnibus electus est Revmus D. Guntherus Kalivoda, natus 1815, Raigradiensis abbas tertius, quem Deus largiflua benedictione beare non dedignetur, quique dignitatis hujus onera jam per saeculi quadrantem corporis infirmitate et variis temporum infortuniis

curarumque multitudine haud una vice oppressus forti hucusque sustentat animo.

MONACHI:

Reverendissimus et Amplissimus Dominus, D. GUNTHERUS JOANNES KALIVODA,

Abbas,

in ord. numerico (a concessa libera abbatum electione) tertius, nat. Brunnae in Moravia 26. Dec. 1815, prof. 11. April. 1841, sac. 16. Jul. 1841, abbas elect. 22. Nov. 1854, infulatus 26. Nov. 1854. Moraviae Praelatus, Austriaci C. R. Ord. Franc. Jos. I. Commendator, Prof. Relig. et method. educat. in instit. phil. Braunensi emerit., C. R. societ. promovendae rei agrariae, scient. nat. et hist. patriae, nec non ejusdem sectionis historico-statisticae membrum actuale, etc., etc., etc.

2. Adm. R. P. Benedictus Car. Korcian,

Prior et Administrator Curatus Rajh.,

Moravus Teuto-Prusen., nat. 13. Aug. 1840, prof. 21. Mart. 1865, sac. 2. Jul. 1865.

3. M. R. P. Hugo Adolph. Heyszl,

Subprior, Sacrista major,

Tyrol. Sevaten., nat. 12. Nov. 1828, prof. 21. Mart. 1862, sac. 25. Jul. 1862.

4. M. R., Ven. P. Jacob. Adalbert. Schneider,

Moravus Tribovien., nat. 8. April. 1810, prof. 7. April. 1833, sac. 3. Aug. 1834. *Senior Conventus.*

5. R. P. Beda Franciscus Dudík,

Moravus Cojetinen., nat. 29. Jan. 1815, prof. 1. Sept. 1839, sac. 20. Aug. 1840.

6. R. P. Bernardus Nic. Plácek,

Moravus Bucovicen., nat. 9. Jun. 1834, prof. 27. Sept. 1857, sac. 11. Oct. 1857.

7. R. P. Ernestus Car. Grivnacky,

Moravus Coloredoven., nat. 8. Oct. 1836, prof. 20. Aug. 1858, sac. 29. Oct. 1859.

8. R. P. Methodius Ign. Halabala,

Moravus Hulinen., nat. 16. Nov. 1833, prof. 20. Aug. 1858, sac. 4. Jul. 1859.

9. R. P. Adalbertus Jac. Slouk,

Moravus Zabcicen., nat. 15. Maj. 1825, prof. 9. Mart. 1853, sac. 22. Jan. 1860.

10. R. P. Gerardus Joan. Teiner,

Moravus Cremsirien., nat. 24. Dec. 1838, prof. 21. Mart. 1860, sac. 25. Jul. 1862.

11. R. P. Maurus Joseph Kinter,

Moravus Brunen., nat. 21. Feb. 1842, prof. 5. April. 1864, sac. 4. Jun. 1864. *Bibliothecarius et Archivarius.*

12. R. P. Placidus Joan. Mathon,

Moravus Slavetinen., nat. 24. Feb. 1841, prof. 21. Mart. 1865. sac. 2. Jul. 1865.

13. R. P. Bonifacius Wenc. Vajda,

Moravus Vetero-Dvorovicen., nat. 18. Sept. 1839, prof. 5. April. 1864, sac. 4. Jun. 1864.

14. R. P. Joan. Sarc. Franc. Navrátil,

Moravus Grygovien., nat. 5. Jan. 1840, prof. 21. Mart. 1866, sac. 3. Jun. 1866.

15. R. P. Joan. Nep. Julius Tichy,

Moravus Prerovien., nat. 15. Aug. 1840, prof. 21. Mart. 1866, sac. 3. Jun. 1866.

16. R. P. Marianus Rudolph. Zbrozek,

Moravus Lipovien., nat. 31. Maj. 1850, prof. 18. Aug. 1874, sac. 25. Jul. 1874.

17. R. P. Petrus. Joan B. Hlobil,

Moravus Oscolen., nat. 26. Aug. 1854, prof. 1. April. 1877, sac. 18. Oct. 1877.

18. R. P. Cyrillus Vinc. Krácmer,

Moravus Slavetinen., nat. 7. Oct. 1850, prof. 29. Sept. 1878, sac. 2. Jul. 1879.

19. R. P. Pius Joan. B. Miklík,
Moravo-Dobroticen., nat. 15. Aug. 1848, simpl. prof. 21. Oct. 1877, sac. 8. Feb. 1879.

RELIGIOSI FRATRES:

1. Fr. Guntherus Carolus Schoessler,
var. societt. scientif. membrum, a Wallern, Austr., nat. 13. Feb. 1835, simpl. prof. 16. Sept. 1858, sol. prof. 24. Sept. 1861, sac. 18. Aug. 1861.

23. R. P. Godefridus Friess, Ph. D.,

plurium societt. scientif. membrum, a Waidhofen, Austr., nat. 1. Oct. 1836, simpl. prof. 17. Oct. 1858, sol. prof. 20. Apr. 1862, sac. 27. Jul. 1862.

24. R. P. Henricus Hemetsberger,

a Radstadt, Salisb., nat. 24. Dec. 1836, simpl. prof. 22. Aug. 1859, sol. prof. 31. Aug. 1862, sac. 2. Aug. 1863.

25. R. P. Ildephonsus Maerkinger,

a Weistrach, Austr., nat. 19. Maj. 1838, simpl. prof. 12. Oct. 1859, sol. prof. 5. Apr. 1863, sac. 2. Aug. 1863.

26. R. P. Leonardus Gatscher,

a Weistrach, Austr., nat. 6. Dec. 1841, simpl. prof. 22. Sept. 1860, sol. prof. 24. Sept. 1863, sac. 17. Jul. 1864.

27. R. P. Marianus Wenger,

a Lindach, Austr., nat. 11. Oct. 1840, simpl. prof. 19. Sept. 1861, sol. prof. 20. Sept. 1864, sac. 16. Jul. 1865.

28. R. P. Modestus Leitner,

a Seitenstetten, Austr., nat. 6. Jul. 1841, simpl. prof. 24. Sept. 1862, sol. prof. 24. Sept. 1865, sac. 25. Jul. 1866.

29. R. P. Norbertus Gatscher,

a Weistrach, Austr., nat. 14. Apr. 1844, simpl. prof. 21. Sept. 1863, sol. prof. 24. Sept. 1866, sac. 28. Jul. 1867.

30. R. P. Otto Fehringer,

ab Aschbach, Austr., nat. 20. Maji 1844, simpl. prof. 21. Sept. 1863, sol. prof. 24. Sept. 1866, sac. 28. Jul. 1867.

31. R. P. Pius Strasser,

a Winklarn, Austr., nat. 27. Dec. 1843, simpl. prof. 21. Sept. 1863, sol. prof. 24. Sept. 1866, sac. 28. Jul. 1867.

32. R. P. Placidus Bachinger,

a Sindelburg, Austr., nat. 14. Jun. 1844, simpl. prof. 21. Sept. 1864, sol. prof. 26. Dec. 1867, sac. 26. Jul. 1868.

33. R. P. Robertus Weissenhoffer,

ab Ibbsitz, Austr., nat. 15. Sept. 1843, simpl. prof. 21. Sept. 1864, sol. prof. 26. Dec. 1867, sac. 26. Jul. 1868.

34. R. P. Salesius Froeschl,

a Wolfsbach, Austr., nat. 7. Jul. 1845, simpl. prof. 18. Sept. 1866, sol. prof. 19. Sept. 1869, sac. 31. Jul. 1870.

35. R. P. Sigismundus Fuchsloch,

a S. Petro in Augia, Austr., nat. 25. Dec. 1844, simpl. prof. 9. Sept. 1867, sol. prof. 11. Sept. 1870, sac. 23. Jul. 1871.

36. R. P. Stephanus Ecker,

a Conradsheim, Austr., nat. 1. Nov. 1847, simpl. prof. 9. Sept. 1867, sol. prof. 11. Sept. 1870, sac. 23. Jul. 1871.

37. R. P. Wichmannus Eder,

ab Ebelsberg, Austr., nat. 16. Jun. 1848, simpl. prof. 9. Sept. 1869, sol. prof. 14. Sept. 1872, sac. 28. Jul. 1873.

38. R. P. Vincentius Ott,

a S. Petro in Augia, Austr., nat. 21. Feb. 1849, simpl. prof. 15. Aug. 1870, sol. prof. 24. Aug. 1873, sac. 19. Jul. 1874.

39. R. P. Wilfriedus Moeser,

Magister Novitiorum et Praefect. Clericorum.

a Weinern, Austr., nat. 19. Dec. 1848, simpl. prof. 24. Aug. 1870, sol. prof. 24. Aug. 1873, sac. 19. Jul. 1874.

40. R. P. Willibaldus Sturm,

ab Oed, Austr., nat. 10. Aug. 1850, simpl. prof. 8. Oct. 1870, sol. prof. 5. Apr. 1874, sac. 19. Jul. 1874.

41. R. P. Adalbertus Zadl,
ab Allhartsberg, Austr., nat. 2. Feb. 1851, simpl. prof. 12. Sept. 1871, sol. prof. 14. Sept. 1874, sac. 18. Jul. 1875.

42. R. P. Alphonsus Nestlehner,
ab Ansfelden, Austr., nat. 7. Oct. 1847, simpl. prof. 12. Sept. 1871, sol. prof. 14. Sept. 1874, sac. 18. Jul. 1875.

43. R. P. Augustinus Plappert,
a Gresten, Austr., nat. 21. Mart. 1850, simpl. prof. 31. Aug. 1872, sol. prof. 26. Sept. 1875, sac. 15. Jul. 1876.

44. R. P. Beda Fink,
ab Heuraffel, Boh., nat. 17. Jun. 1850, simpl. prof. 17. Sept. 1872, sol. prof. 26. Sept. 1875, sac. 15. Jul. 1876.

45. R. P. Bernardus Wagner,
a Wolfsbach, Austr., nat. 28. Mart. 1852, simpl. prof. 28. Aug. 1873, sol. prof. 10. Sept. 1876, sac. 15. Jul. 1877.

46. R. P. Bertholdus Schneider,
a Waidhofen, Austr., nat. 28. Oct. 1850, simpl. prof. 8. Sept. 1873, sol. prof. 10. Sept. 1876, sac. 15. Jul. 1877.

47. R. P. Clemens Lietz,
ab Ibbsitz, Austr., nat. 11. Apr. 1853, simpl. prof. 8. Sept. 1873, sol. prof. 10. Sept. 1876, sac. 15. Jul. 1877.

48. R. P. Franciscus Beck,
a Vorchdorf, Austr., nat. 23. Apr. 1825, simpl. prof. 10. Aug. 1858, sol. prof. 20. Aug. 1861, sac. 18. Aug. 1861.

49. R. P. Dominicus Froeschl,
a Wolfsbach, Austr., nat. 23. Mart. 1854, simpl. prof. 8. Sept. 1874, sol. prof. 8. Sept. 1877, sac. 14. Jun. 1878.

50. R. P. Gotthardus Riess,
ab Ibbsitz, Austr., nat. 16. Maj. 1854, simpl. prof. 8. Sept. 1874, sol. prof. 8. Sept. 1877, sac. 14. Jun. 1878.

51. R. P. Ignatius Berndl,
a S. Joanne in Engstetten, Austr., nat. 11. Oct. 1854, simpl. prof. 8. Sept. 1874, sol. prof. 8. Sept. 1877, sac. 14. Jun. 1878.

CLERICI:

52. **Fr. Meinradus Leeb,**
a Schwertberg, Austr., nat. 4. Mart. 1851, simpl. prof. 18. Nov. 1875.

53. **Fr. Anselmus Salzer,**
a Waidhofen, Austr., nat. 8. Oct. 1856, simpl. prof. 29. Aug. 1876.

54. **Fr. Romualdus Zauner,**
a Grieskirchen, Austr., nat. 13. Jan. 1854, simpl. prof. 12. Sept. 1876.

55. **Fr. Severinus Krohe,**
a S. Joanne in Engstetten, Austr., nat. 1. Nov. 1856, simpl. prof. 12. Sept. 1876.

56. **Fr. Ambrosius Sturm,**
ab Haag, Austr., nat. 10. Jun. 1858, simpl. prof. 2. Sept. 1878.

NOVITII:

Fr. Leo Hamboeck,
a Gross-Schoenau, Austr., nat. 7. Jul. 1860, indut. 1. Sept. 1878.

Fr. Romanus Hoepfler,
a Gruenbach, Austr., nat. 29. Jan. 1860, indut. 25. Oct. 1878.

Bibliotheca monasterii circiter 60,000 voll. continet, in his codices manuscriptos 350, opera primis post inventam typographiam temporibus impressa 520. — A monasterio sustentatur *gymnasium publicum* majus (8 class.) in quo plus 300 discipuli studiis humanioribus a monachis instituuntur. In his sunt Seminarii puerorum dioecesis Sanhippolytanae alumni, et qui in *convictu monasterii* habitant 115, sub speciali monachorum cura habiti necnon in monasterio pariter habitantes 11, qui concentibus ecclesiasticis destinati, arte musica instruuntur.

Ad monasterium pertinent *parochiae* 13, quarum nonnullae (Allhartsberg, Aschbach, Krennstetten, Biberbach, Wolfsbach) cum monasterio recens fundato conjunctae, reliquae diversis postea temporibus ab eodem conditae sunt, omnes in ejus vicinia sitae, quae sunt:


1. *Allhartsberg*, cum mon. 1, anim. 1136, 2. *Aschbach*, cum mon. 3, anim. 2984, 3. *Biberbach*, cum mon. 1, anim. 1366, 4. *Ad S. Georgium in Clusa*, cum mon. 1, anim. 507, 5. *Ibbsitz*, cum mon. 3, anim. 3225, 6. *Krennstetten*, cum mon. 1, anim. 574, 7. *Ad S. Joan. in Engstetten*, cum mon. 1, anim. 420, 8. *Ad S. Michaelem in Bruckbach*, cum mon. 1, anim. 1161, 9. *Oehling*, cum mon. 1, anim. 637, 10. *Seitenstetten*, cum mon. 3, anim. 2357, 11. *Sonntagsberg*, (cum templo SS. Trinitati dicato, sacris fidelium peregrinationibus celebrato) cum mon. 3, anim. 850, 12. *Windhag*, cum mon. 1, anim. 808, 13. *Wolfsbach*, cum mon. 2, anim. 1873.

Universim monachi 22, animae 17898.

Necrologium ab anno 1866.

Obierunt:

1867, 27. Nov.	Revmus D.,	D. Ludovicus Stroehmer, *Abbas*.
1868, 9. Apr.	R. P.	Wichmannus Preinfalk.
" 5. Oct.	"	Andreas Scheurer.
1869, 9. Maji	"	Bernardus Waldburger.
" 15. Nov.	"	Aloysius Ziervogel.
1870, 21. Feb.	"	Engelbertus Huber.
" 1. Maji	"	Ferdinandus Fritz.
1872, 10. Oct.	"	Rudolphus Starnberger.
1874, 19. Jan.	"	Erembertus Glatz.
" 6. Mart.	"	Leopoldus Puschl.
" 12. Oct.	"	Urbanus Putz.
1875, 25. Mart.	"	Gregorius Mayer.
" 11. Apr.	"	Jacobus Wieninger.
" 6. Nov.	"	Maurus Wieser.
1876, 14. Dec.	"	Rupertus Woess.
1878, 7. Feb.	"	Christianus Schober.
" 28. Mart.	"	Udalricus Allmayer.
1879, 21. Feb.	"	Isidorus Raab.



Honorius Burger del. Jos. Sedlaczek sc.

ABBATIA S. LAMBERTI

IN ALTENBURG (AUSTR. INF.), DIOC. SANHIPPOL.

Inscriptio epist.: Hochw. Benedictiner-Stift St. Lambert in Altenburg, Post *Horn*, Nieder-Oesterreich.

Monasterium Altenburgense anno Domini 1144 illustrissima domina Hildeburgis, vidua Gebhardi, comitis de Puige, nata comitissa de Rebegau, una cum filio suo Hermanno, comite de Puige, fundavit eidemque suas decimas in parochia Ornha (Horn), in pagis Sanhecu (Zaingrub), Tuttendorf, Fukela (Fuglau) atque Stranzendorf in dotem dedit. Ut in hoc Deo dicato loco sancta religionis mysteria quotidie administrarentur atque laudes Deo continuo canerentur obsequio, piissima fundatrix, teste traditione constanti, e monasterio ad S. Lambertum O. S. B. in Styria duodecim monachos accersivit iisque sacram domum cum dote commisit, qui sibi Godefridum primum Abbatem elegerunt. Alii benefactores qui per pias donationes ad majus monasterii incrementum contulerunt, fuerunt sequentibus temporibus Comites de Hohenburg, Ducissae Austriae et Styriae, Gertrudis et Margaretha, Domini de Plenich (Plank) et de Sunnenberg, et imprimis Domini de Maissau, qui etiam jurium monasterii defensorum munere fungebantur. Ast mox etiam variae calamitates in piam Hildeburgis fundationem irruerunt. Anno 1328 hostes Bohemi monasterium non tantum despoliaverunt, sed etiam ferro ignique devastaverunt. In hoc tristi statu Comites Castellani de Gorse (Gars) Albertus, Rapoto et Heidenricus, hujusque praeprimis vidua Gertrudis, monasterio tanta succurrerunt munificentia, ut eos alteros fundatores summosque benefactores nostros justissime coleremus. Anno 1427 fanatici Hussitae, e Bohemia prorumpentes, direpto et exusto monasterio Zwettlensi, ad nos conversi omnia dirae devastationi devoverunt. Domo et ecclesia flammis consumpta, omni sacra ac domestica supellectili aut destructa aut ablata, imo ipso sanctuario nefario scelere polluto, miseris incolis non nisi in fuga salus erat. Fratres profugi in sylvis et speluncis se abscondere coacti sunt usque ad discessum Hussitarum. Anno 1437 ecclesia claustralis et eae in Stroegen, Fuglau et Roehrenbach, quae pariter ab Hussitis spoliatae fuerant et profanatae, post restaurationem a Mathia Episcopo Victricensi, suffraganeo Episcopi Pataviensis, reconciliatae et sancto ministerio restitutae sunt. Anno 1516 Ss. Pater Papa Leo X. Abbati Andreae ejusque successoribus usum Mitrae concessit. Saeculo XVI. et primis duobus sequentis saeculi

lustris magna regionis nostrae pars pravis Protestantium doctrinis infecta erat, quo tempore monasterium nostrum multas calamitates et vexationes ab istis Lutheri asseclis perpessum est. Anno 1645 hostiles Sueci monasterium despoliaverunt et maximam in partem destruxerunt, ita ut fratres, extrema rerum penuria compulsi, in aliis coenobiis stipem et habitationem petere cogerentur. Anno 1648 Abbas Benedictus Leiss necessariam partem monasterii reaedificare coepit; ast ecclesiae turris an. 1652 fulmine icta una cum aedibus sacris quoad maximam partem deflagravit. Maurus Boxler, Abbas a 1658-1681, relicto antiquo monasterio, cujus rudera adhuc a tergo ecclesiae conspiciuntur, habitaculum conventus et abbatis in loco elevato aeri et luci magis pervio ac salubri novum condidit, bibliothecam multis selectis libris locupletavit et supellectilem sacram et domesticam novis argenteis vasis ornavit. Placidus Much, Abbas a 1715-1750, domum nostram splendidis ecclesiae, turris, bibliothecae, cubiculorum hospitum et novi abbatialis habitaculi aedificiis magno sumptu exstructis illustravit. Bertholdus Reisinger, Abbas a 1768-1820, an. 1818 die 10. Aprilis, aetatis suae 80 annorum, quinquagesimum electionis suae anniversarium diem celebravit, qua occasione insignibus Caesarii Ordinis Leopoldi decoratus est. Nullus eorum, qui ipsum elegerant, superstes erat. Ipsi itaque fratres alloqui licuit: "Non vos elegistis me, sed ego vos elegi omnes." Anno 1820 die 10. Junii turris ecclesiae fulmine petita, liquefactis campanis a summo usque ad imum perusta est. Aloysius Messerer, Abbas a 1821-1842, an. 1833 turrim restitui et ad deflectendam perniciosam fulminis vim perticam ferream cuspide deaurata erigi curavit. Anno 1834 quattuor novae campanae suspensae sunt. Abbas Honorius Burger, in serie Abbatum quadragesimus quintus, natus Hornae in Austria inferiori 22. Nov. 1788, sacro habitu indutus 9. Oct. 1807, professus 14. Oct. 1810, sac. 8. Sept. 1812, Abbas electus 31. Aug. 1842, fuit vir de monasterio optime meritus. Monasterium et ecclesiam claustralem, sicuti etiam nonnullas ecclesias incorporatas et aedificia parochialia restaurari curavit, sacram supellectilem novis argenteis vasis et omnis generis paramentis ditavit atque bibliothecam multis pretiosis libris auxit. Scripsit etiam et typis edidit historiam monasterii sub titulo: "Geschichtliche Darstellung der Gruendung und Schicksale des Benedictinerstiftes S. Lambert zu Altenburg in Nieder-Oesterreich, sammt Urkundenbuch." Augustissimus Imperator Franciscus Josephus I. ipsum ob haec aliaque merita equitem Caesarei Ordinis Coronae ferreae nominare atque AA. et LL. aureo numismate insignire di-

gnatus est. Anno 1878 die 21. Julii Abbas Honorius, aetatis suae 99. anno, summo fratrum moerore mortuus est.

MONACHI:

Reverendissimus et Amplissimus Dominus,
D. PLACIDUS LEIDL,
Abbas,

in serie Abbatum LVI., nat. in Krems, Austr. inf., 20. Oct. 1825, sacro habitu indutus 1. Sept. 1844, sol. prof. 30. Sept. 1848, sac. 31. Jul. 1849, primit. 5. Aug. 1849, Abbas canonice electus 18. Jun. 1879, mitra decoratus 19. Jun. 1879.

2. Adm. R. P. Hieronymus Koerber,
Prior, Mag. Novit., parochus claustr., bibliothecar.,

nat. in Iglau, Moraviae, 24. Dec. 1819, sol. prof. 24. Sept. 1843, sac. 25. Jul. 1844, primit. 4. Aug. 1844.

3. R. P. Mellitus Schneider,

nat. in Krazau, Bohemiae 8. Oct. 1804, sol. prof. 13. Nov. 1832, sac. 3. Jan. 1833, *Senior.*

4. R. P. Julianus Roigenfuerst,

nat. Zaingrub, Austr. inf., 22. Nov. 1808, sol. prof. 24. Aug. 1836, sac. 26. Jul. 1838.

5. R. P. Veremundus Hoeger,

nat. in Hoeflein, Moraviae, 7. Feb. 1817, sol. prof. 12. Dec. 1841, sac. 29. Jan. 1842.

6. R. P. Burchardus Metzenhuber,

nat. in Seitenstetten, Austr. inf., 12. Oct. 1820, sol. prof. 14. Sept. 1850, sac. 15. Jul. 1851.

7. R. P. Maurus Wandler,

nat. in Krems, Austr. inf., 21. Dec. 1827, sol. prof. 14. Sept. 1850, sac. 25. Jul. 1852.

8. R. P. Franc. de Paula Nob. de Stenitzer,

nat. in Wolfsberg, Carinthiae, 13. Sept. 1820, sol. prof. 18. Dec. 1851, sac. 25. Mart. 1852.

9. R. P. Ambrosius Debrée,

nat. in Roehrawiesen, Austr. inf., 22. Nov. 1832, sol. prof. 11. Sept. 1855, sac. 20. Jul. 1856.

10. R. P. Victorinus Froelich,

nat. in Horn, Austr. inf., 6. Jan. 1835, sol. prof. 26. Mart. 1856, sac. 9. Aug. 1857.

11. R. P. Josephus Heilig,

nat. in Winkl, Austr. inf., 18. Mart. 1834, sol. prof. 14. Sept. 1858, sac. 29. Jul. 1860.

12. R. P. Aloysius Bendl,

nat. in Iglau, Moraviae, 5. Jun. 1840, simpl. prof. 29. Sept. 1861, sol. prof. 25. Jun. 1865, sac. 16. Jul. 1865.

13. R. P. Carolus Kral,

nat. in Neuhaus, Bohemiae, 13. Dec. 1841, simpl. prof. 29. Sept. 1862, sol. prof. 28. Mart. 1866, sac. 25. Jul. 1866.

14. R. P. Bertholdus Neubauer,

nat. in Gossau, Moraviae, 18. Nov. 1839, simpl. prof. 29. Sept. 1862, sol. prof. 28. Mart. 1866, sac. 25. Jul 1866.

15. R. P. Ernestus Brand,

nat. in Altenburg, Austr. inf., 12. Jan. 1844, simpl. prof. 24. Sept. 1864, sol. prof. 24. Sept 1867, sac. 26. Jul. 1868.

16. R. P. Julius Mayrbaeurl,

nat. in Thann, Austr. super., 4. Febr. 1841, simpl. prof. 7. Sept. 1865, sol. prof. 14. Sept. 1868, sac. 27. Jun. 1869.

17. R. P. Augustinus Mayrbaeurl,

nat. in Thann, Austr. super., 8. Mart. 1843, simpl. prof. 7. Sept. 1865, sol. prof. 14. Sept. 1868, sac. 27. Jun. 1869.

18. R. P. Isidorus Endl,

nat. in Franzen, Austr. inf., 26. Mart. 1845, simpl. prof. 14. Sept. 1867, sol. prof. 15. Sept. 1870, sac. 23. Jul. 1871.

19. R. P. Lambertus Graef,

nat. in Mahrersdorf, Austr. inf., 1. Nov. 1848, simpl. prof. 19. Sept. 1870, sol. prof. 22. Sept. 1873, sac. 19. Jul. 1874.

20. R. P. Henricus Pfleger,

nat. in Edlprinz, Austr. inf., 12. Dec. 1848, simpl. prof. 19. Sept. 1870, sol. prof. 22. Sept. 1873, sac. 19. Jul. 1874.

21. R. P. Adrianus Binder,

nat. in Kaltenbach, Austr. inf., 14. Apr. 1851, simpl. prof. 25. Aug. 1873, sol. prof. 25. Sept. 1876, sac. 15. Jul. 1877.

22. R. P. Benedictus Schweda,

nat. Znaim, Moraviae, 19. Aug. 1846, simpl. prof. 22. Sept. 1873, sol. prof. 25. Sept. 1876, sac. 1. Oct. 1876.

23. R. P. Willibaldus Hobza,

nat. in Trebitsch, Moraviae, 15. Mart. 1850, simpl. prof. 22. Sept. 1873, sol. prof. 25. Sept. 1876, sac. 15. Jul. 1877.

24. R. P. Bernardus Kral,

nat. in Neuhaus, Bohemiae, 2. Maji 1854, simpl. prof. 26. Aug. 1874, sol. prof. 24. Sept. 1877, sac. 14. Jul. 1878.

25. R. P. Gregorius Deimel,

nat. in Edlitz, Austr. inf., 15. Maji 1852, simpl. prof. 7. Sept. 1874, sol. prof. 24. Sept. 1877, sac. 14. Jul. 1878.

CLERICI:

1. R. Fr. Honorius Ackerlauer,

nat. in Oberbrunnen, Austr. super., 23. Jun. 1850, simpl. prof. 18. Sept. 1872, sol. prof. 20. Sept. 1875.

2. R. Fr. Antonius Jordan,

nat. in Allensteig, Austr. inf., 1. Maji 1856, simpl. prof. 26. Aug. 1876.

3. R. Fr. Fredericus Endl,

nat. in Franzen, Austr. inf., 30. Jul. 1857, simpl. prof. 29. Aug. 1877.

In *bibliotheca* mon. Altenburgensis sunt 6,000 opera in circiter 10,000 voll.

PAROCHIAE MONASTERIO INCORPORATAE:

1. Parochia (claustralis) in *Altenburg* ad S. Lambertum E. M. cum ecclesia filiali in *Fuglau* ad S. Nicolaum E. (parochia antiqua) in dioec. Sanhippol. in Austria inferiori. — Curati quatuor, unus parochus et tres cooperatores; numerus animarum 925.

2. Parochia in *Aigen* ad S. Jacobum Maj. Ap. in dioec. San-Hippol. in Austria inferiori. — Curatus unus, parochus; numerus animarum 1165.

3. Parochia in *Dietmannsdorf* ad S. Laurentium Lev. M. (erecta a. 1784) in dioec. Sanhippol. in Austria inferiori. — Curatus unus, parochus; numerus animarum 440.

4. Parochia ad *Tres Quercus* (Dreieichen) ad B. M. V. Matrem dolorosam dioec. Sanhippol. (erecta a. 1783), ecclesia piis fidelium peregrinationibus celebrata. — Curati duo, parochus et cooperator; numerus animarum 900.

5. Parochia in *Horn* ad S. Stephanum Protom. cum eccl. fil. ad S. Georgium M. in dioec. Sanhippol. — Curati duo, parochus et cooperator; numerus animarum 2600.

6. Parochia in *Ludweis* ad S. Aegidium Abb. (erecta a. 1785) in dioec. Sanhippol. — Curatus unus, parochus; num. anim. 600.

7. Parochia in *St. Marein* ad B. Mariam V. (parochia antiqua) in dioec. Sanhippol. — Curatus unus, parochus; num. anim. 965.


8. Parochia in *Roehrenbach* ad S. Michaelem Archang. (parochia antiqua) in dioec. Sanhippol. — Curati duo, parochus et cooperator; numerus animarum 885.

9. Parochia in *Stroegen* ad SS. App. Petrum et Paulum cum filiali in *Frauenhofen* ad S. Wolfgangum (parochia antiqua) in dioec. Sanhippol. — Curatus unus, parochus; num. anim. 425.

Necrologium ab anno 1866.

Obierunt:

1866, 9. Mart.	R. P.	H. Bernhardt,	an. aet. 51,	prof. 26,	sac. 24.
" 17. Apr.	"	Ben. Eisenhauer,	" 47,	" 23,	" 21.
1869, 27. Maj.	"	Bern. Glanz,	" 51,	" 26,	" 24.
1870, 22. Jan.	"	F. Matiegiczek,	" 75,	" 50,	" 50.
" 18. Nov.	"	Adrian. Hauer,	" 67,	" 37,	" 37.
1871, 7. Jun.	"	Greg. Wittmann,	" 61,	" 38,	" 38.
" 22. Jul.	"	Leander Tinkel,	" 49,	" 23,	" 22.
" 26. Oct.	"	Bonif. Artwoeger,	" 76,	" 51,	" 50.



MONASTERIUM B. V. M. AD SCOTOS, Vindobonae.

1872, 31. Jul.	R. P. Lamb. Wenin,	an. aet. 41,	prof. 11,	sac. 10.
1873, 29. Mart.	" Honor. Hofbauer,	" 42,	" 18,	" 17.
1876, 9. Mart.	" B. Wannenmacher,	" 34,	" 9,	" 8.
1878, 5. Mart.	" Justus Sedlak,	" 61,	" 24,	" 24.
" 21. Jul.	Revmus. D., D. Honorius Burger, *Abbas*,	an. aet. 90,	prof. 68,	sac. 66.

ABBATIA B. M. V. AD SCOTOS,

VINDOBONAE, ARCHIDIOEC. VIENNENS.

Inscript. epist.: Hochw. Benedictiner-Stift zu den Schotten, in Wien, Oesterreich.

Sexto saec. XII. decennio, Hadriano IV. Pontifice Max., Henricus cognomine Jasomirgott, primus Austriae dux, monasterii hujus fundationem ad effectum perduxit, sive majorum eum commovit exemplum qui fundatis monasteriis ecclesiisque subjectos imperio suo in Oesterichi marchia orientali homines a fera agrestique vita ad humanum cultum civilemque facillime se posse traducere arbitrabantur, sive adeptus Austriae ducatum pro bello cum Bavaris feliciter composito debitam Deo optimo persoluturus erat gratiam, sive denique Vindobonae, capiti suo dilecto, id salutare utileque fore duxit. Qui cum anno 1156 Friderici Barbarossae imperatoris castra secutus in Italiam proficisceretur, conditi a se asceterii perennitatem integram reddidit intactamque literis, quibus ipsis etsi adversa, id quod magnopere dolendum, fortuna perditis, duo tamen vera exemplaria ab an. 1304 et 1461 supersunt. Operi vero inchoato cum impositum esset (1161) fastigium, fundator tribus editis literis, hodie quoque extantibus, asceteritm a se conditum monachis Hiberniensibus vel Scotensibus (unde et illud "ad Scotos") e monasterio ad S. Jacobum Ratisbonae eo tempore propter morum vitaeque probitatem necnon ob insigne literarum studium spectatissimis imprimis incolendum tradidit, praesertim cum eos dignissimos haberet, qui et xenodochio conjuncto cum monasterio ad suscipiendos homines undique in loca sacra peregrinantes praeessent et oppidanis singularia proderent virtutis exempla. Monasterium igitur conditum erat ad honorem B. M. V. in agro ducis in territorio coloniae Flavianae, tunc quoque Viennae vel Vindobonae dictae, quadringentos fere passus a moenibus distans, dum hodie finibus urbis tantopere prolatis in media urbe situm est. Sanctinus primus monasterio

praeerat abbas, 1169. Henricus vero, liberalis fundator, amplas abbatiae donationes immunitatesque contulit. Quod insigne liberalitatis exemplum secuti posteriores quoque Austriae imperatores monasterium opibus auxerunt et beneficiis, sicut Fridericus II., 1236 et 1237, Ottocarus rex, 1269, Rudolphus I., 1280, Albertus I., 1291 etc. Neque minus ipsi summi Pontifices Romani gravissima concesserunt privilegia. Cum vero abbatia, sicut jam supra diximus tam prope Viennam esset sita, fieri haud poterat, quin in omnibus rebus ad Viennam urbem spectantibus multum etiam monasterio ad Scotos esset momenti; quamobrem exceptis iis, quae sola ad cultum divinum et vitam familiae sacrae interiorem pertinent, historia claustri exterior fere tota in Viennensi intexta est. Quod respicientes brevi res quasdam majoris pro abbatia momenti memoriae prodemus. Anno igitur 1252 Philippus, abbas X., in suum successorumque suorum usum perpetuum per Petrum Apntium legatum insignia obtinuit pontificalia. Altero exin saeculo nondum elapso, 9. Aug. 1418, ab Alberto V., Austriae duce, probante Martino V. pontifice, abbatia monachis Hiberniensibus detracta et Benedictinis Germanicis tradita est incolenda. Ad quod cum multae impellerent causae, tum praecipue, quod regularis monachorum Scotensium disciplina custodum ignavia labefactari coepta erat. Praeterea numerus eorum ad paucos redactus aegerrime suppleri poterat. Thomas III., ultimus abbas Scotensis, coram testibus fratrum, verbis de jure suo decessit 9. Aug. 1418. Cujus in locum subrogatus est Nicolaus de Respitz, (1418-1428) Mellicensis, primus abbas Germanicus, vir et religione et literis insignis. Hoc atque duobus sequentibus abbatibus regnantibus et disciplina regulari et auctoritate viguit floruitque monasterium. Joannes V. (1428-1446) conciliis corrigendi disciplinam regularem diligenter intererat et an. 1431 ab abbatibus dioec. Pataviensis electus est, qui eorum vice in concilio Basileensi fungeretur (1431-1437). Quo ex munere gerendo summam apud omnes sibi laudem collegit adeo, ut concilium ipsum "notabile ejus membrum et sibi incorporatum" eum nominaverit. Multorum praeterea asceteriorum disciplinam lapsam, jubente Eugenio IV., correxit, neque vulgarem in rebus gerendis publicis obtinuit locum. Gubernante Martino Abbate (1446-1461), qui in Joannis V. mortui locum fratris suffragiis suffectus erat, monasterium, auctore Friderico IV. imperatore, literis signo Nicolai PP. V. impressis de jurisdictione abbatis ad S. Jacobum Ratisbonae Hiberniensis exemptum est. Cum autem an. 1480, eodem Friderico IV. instante, Paulo PP. II. Vindobonae in urbe sedes episcopi esset

collocata, abbatia sub jurisdictionem potestatemque episcopi Viennensis est subacta. Postea vero, cum monasterium ignibus in duabus Turcarum obsidionibus 1529 et 1683 conjectis paene totum esset exustum damnumque praecipue librorum manuscriptorum contraxisset maximum. Leopoldus I.. Austriae imperator, detrimenta illata resarcivit, donata 20. Apr. 1700 abbatia ad S. Stephanum de Telky in Hungaria. Adversis illis rebus opes monasterii ita erant affectae, ut egregii tantum praesules eam conservare potuerint. Deo vero annuente, abbatiae usque adhuc coenobiarchae antiqua religione insignes magnaque prudentia et auctoritate praeerant, qui insuper longo vitae spatio utebantur. Carolus abbas (1705-1750) per totum regiminis sui tempus illud, quod abbas electus verbum suum fecerat, ad verum adduxit: "Deo conscientiam, proximo famam, patriae fidem." Quem Robertus excepit (1750-1765) nec pietate nec gratia Carolo minor. Utrumque vero, quod attinet ad disciplinam monasticam excitandam et dignitatem, longe superavit Benno abbas (1765-1807), quem et Maria Theresia, magna illa Austriae imperatrix, et Josephus II. filius affatim aestimaverunt. Longum est enarrare, quaecunque Benno et in rebus publicis et privatis optime gesserit. Illud tantum Cardinalis Migazzi commemoraturi sumus dictum: "apud Scotos sub Bennone abbate simul disciplinam monasticam et literarum studium aeque florere." Bennone regnante antiquissimum illud Benedictinorum munus, instituendi juventutem monachis ad Scotos redditum est: an. 1807 C. R. gymnasium, olim Annaeum dictum, a Francisco I., Austr. imp., curis monachorum est demandatum. Quem literarum ludum monasterium usque ad hoc tempus suis nec exiguis sumptibus sustentat monachis ipsis docendi munere fungentibus. Primus gymnasii Praefectus fuit P. Meinradus Lichtensteiner, vir doctissimus. Rector magnificus Universitatis Viennensis, qui simul Vicedirectorem gymnasiorum per Austriam inferiorem egit. Andreas vero abbas (1807-1831), ipse quoque rector magnificus Univ. Vienn. bis emeritus, consilium cepit et executus est, novi e fundamentis monasterii exstruendi (vide pict.). Quod vel ipsi Francisco I. adeo non ingratum opus visum est, ut permiserit filio Ferdinando V., Hungariae regi, lapidem ponere primarium, 6. Maj. 1831. Cui operi inchoato, cum immortuus esset Andreas, Sigismundus praesul a fratribus electus est, qui, quamvis publicis negotiis paene obrutus esset, – fuit ut cetera silentio praetereamus, almae Universit. Vienn. rector magnificus 1851 – nihil neglexit, quod ad verum Dei cultum suorumque salutem pertinere censebat. Itaque, 7mo a fundatione asceterii

saeculo ad finem vergente, Kal. Maj. 1858 festum illud saeculare, omnibus rite dispositis solemniter celebratum est, concione per octo continuos dies ad populum habita, quam sacrum solemne excepit, celebrantibus praeter alios Othmaro de Rauscher, cardinali, Principe-Archiep. Viennensi, Antonio de Lucca, archiep. Tarsensi, nuntio apost., et Francisco Zenner, episc. Sareptano. Eadem virtute, qua illustres illi decessores, Othmarus I., praesens coenobiarcha, abbatiae tenet gubernacula. Bennonem pietate et mansuetudine, prudentia et auctoritate Andream, doctrina et felicitate Sigismundum adaequat. Documento esse possunt gratia et fiducia, quam ipse augustissimus Franc. Josephus I., Austriae imperator, in eo collocat, quamque aperte declarant amor voluntasque fratrum in praesulem dilectum propensa, per quem res monasterii existunt florentissimae.

Ex hoc monasterio universim prodierunt episcopi tres: *Augustinus Pitterich*, 1609 elect. abbas LII. ad Scotos, ab Urbano PP. VIII. episcopus Germanic. in part. et suffraganeus Viennensis, 1626 designatus. *Joannes Walterfinger*, 28. Oct. 1629 abbas elect. LIII. ad Scotos, ab eodem Urbano VIII. ep. Germanic. in part. et suffrag. Vienn. designatus 9. Sept. 1630. *Joannes Schmitzberger*, 28. Dec. 1669 elect. abbas LVIII. ad Scotos, a Clemente X. P. M. episc. Hellenopolitanus in part. et suffraganeus Vienn. 2. Aug. 1672 designatus.

MONACHI:

Reverendissimus et Amplissimus Dominus, D. OTHMARUS (I.) HELFERSTORFER,

Abbas B. M. V. ad Scotos et S. Stephani de Telky,

in serie abbatum LXVI., C. R. Ordinis coronae ferr. II. class. eques, C. R. Ap. Majestatis et inclyti regiminis Consiliarius, curiae optimatum ad dies vitae adscriptus, etc. etc., — nat. in Baden, prope Viennam 19. Jul. 1810, sac. habitu indutus 20. Oct. 1828, prof. 21. Mart. 1832, primit. celebravit, 28. Jul. 1833, abbas can. elect. 10. Apr., infula decoratus 11. Apr. 1861.

2. Pl. R. P. Joseph de Langenmantel,

Prior,

Styrus ex Hartberg, nat. 2. Nov. 1818, prof. 2. Oct. 1842, primit. 4. Aug. 1844.

3. **Adm. R. P. Meinradus Adolph,**

Subprior et Spiritualis Mon.,

Austr. e Chorherrn, nat. 1. Mart. 1811, prof. 5. Oct. 1837, primit. 4. Aug. 1839.

4. **R. et Ven. P. Martinus Tenschert,**

Siles. e Rausen, *jubilaris*, Celsissimi Princ. Archiep. Vienn. et Revmi Consist. Ep. Tarnov. Consiliarius, nat. 20. Jun. 1795, prof. 28. Oct. 1819, primit. 15. Nov. 1820.

5. **R. et Ven. P. Jacobus Steiner,**

Morav. e Nispiz, *jubilaris*, nat. 19. Jun. 1801, prof. 7. Nov. 1824, primit. 10. Sept. 1826.

6. **R. et Ven. P. Leander Knoepfer,**

Boh. e Plan, *jubilaris*, nat. 13. Nov. 1802, prof. 18. Oct. 1825, primit. 8. Sept. 1827.

7. **R. et Ven. P. Rudolphus Haas,**

Morav. e Boelten, *jubilaris*, nat. 10. Oct. 1803, prof. 18. Oct. 1825, primit. 16. Sept. 1827.

8. **R. P. Urbanus Loritz,**

Austr. ex Vienna, Celsiss. Princ. Archiep. Vienn. Consiliarius, nat. 1. Jan. 1807, prof. 28. Oct. 1828, primit. 1. Aug. 1830.

9. **R. P. Rainerius Grabscheidt,**

Morav. e Bruna, nat. 16. Maji 1806, prof. 28. Oct. 1828, primit. 1. Aug. 1830.

10. **R. P. Albertus Gatscher,**

Boh. ex Oberhaid, Celsiss. Pr. Archiep. Vienn. Consiliarius, nat. 24. Maji 1807, prof. 21. Mart. 1832, primit. 5. Aug. 1832.

11. **R. P. Hieronymus Hofbauer,**

Austr. e Rudmanns, Celsiss. Pr. Archiep. Vienn. Consil., nat. 2. Oct. 1808, prof. 21. Mart. 1832, primit. 4. Aug. 1833.

12. **R. P. Ludovicus Schuetz,**

Austr. e Vienna, nat. 14. Sept. 1811, prof. 30. Sept. 1832, primit. 9. Nov. 1834.

35. R. P. Mauritius Heeg,

Morav. e Sternberg, nat. 4. Maji 1826, prof. 29. Sept. 1850, primit. 27. Jul. 1851.

36. R. P. Adolphus Kern,

Austr. e Vienna, nat. 10. Apr. 1829, prof. 29. Sept. 1852, primit. 7. Aug. 1853.

37. R. P. Vincent. Knauer, AA. LL. et P. D.,

Austr. e Vienna, nat. 20. Jun. 1828, prof. 29. Sept. 1852, primit. 21. Aug. 1853.

38. R. P. Bonifacius Steiner,

Austr. e Vienna, nat. 17. Dec. 1829, prof. 19. Mart. 1854, primit. 5. Aug. 1855.

39. R. P. Benno Rittmann,

Austr. e Vienna, nat. 26. Apr. 1831, prof. 29. Sept. 1855, primit. 27. Jul. 1856.

40. R. P. Theodorus Koll,

Austr. e Gross-Schweinbart, nat. 15. Jan. 1832, prof. 29. Sept. 1855, primit. 27. Jul. 1856.

41. R. P. Henricus Maschek,

Austr. e Retz, nat. 8. Feb. 1832, prof. 29. Sept. 1855, primit. 27. Jul. 1856.

42. R. P. Alfredus Nitzelberger,

Austr. e Vienna, nat. 25. Feb. 1836, prof. 29. Sept. 1857, primit. 31. Jul. 1859.

43. R. P. Gregorius Hiltscher,

Magister Novitiorum et Rector Clericorum,

Morav. ex Iglau, nat. 17. Sept. 1835, prof. 10. Oct. 1858, primit. 29. Jul. 1860.

44. R. P. Adalbertus Nitzelberger,

Austr. e Vienna, nat. 13. Maji 1838, prof. 30. Sept. 1860, primit. 28. Jul. 1861.

45. R. P. Felix Hauser,

Austr. e Vienna, nat. 22. Jun. 1839, prof. 29. Sept. 1862, primit. 26. Jul. 1863.

46. R. P. Romanus Kohlhofer,

Austr. e Doellersheim, nat. 14. Oct. 1837, prof. 29. Sept. 1862, primit. 2. Aug. 1863.

47. R. P. Leopoldus Rost,

Austr. e Vienna, nat. 8. Sept. 1842, prof. 1. Oct. 1865, primit. 29. Jul. 1866.

48. R. P. Augustinus Pollak,

Austr. e Rudmanns, nat. 8. Apr. 1842, prof. 1. Oct. 1865, primit. 5. Aug. 1866.

49. R. P. Othmarus Womatschka,

Austr. e Vienna, nat. 21. Dec. 1841, prof. 1. Oct. 1865, primit. 15. Aug. 1865.

50. R. P. Petrus Beck,

Boh. e Tschachwitz, nat. 9. Oct. 1840, prof. 1. Oct. 1865, primit. 29. Jul. 1866.

51. R. P. Edmundus Meier,

Austr. e Vienna, nat. 26. Oct. 1845, prof. 28. Oct. 1866, primit. 22. Mart. 1868.

52. R. P. Andreas Borschke, AA. LL. et P. D.,

Boh. e Kaile, nat. 28. Sept. 1843, prof. 28. Oct. 1866, primit. 4. Aug. 1867.

53. R. P. Conradus Koellner,

Morav. e Neu-Titschein, nat. 17. Feb. 1842, prof. 28. Oct. 1866, primit. 4. Aug. 1867.

54. R. P. Lambertus Herz,

Austr. e Vienna, nat. 4. Jun. 1843, prof. 29. Sept. 1867, primit. 28. Jul. 1868.

55. R. P. Severinus Mosheimer,

Austr. e Vienna, nat. 11. Sept. 1843, prof. 29. Sept. 1867, primit. 2. Aug. 1868.

56. R. P. Udalricus Mark,

Morav. e Botenwald, nat. 21. Jul. 1843, prof. 29. Sept. 1867, primit. 9. Aug. 1868.

57. **R. P. Aegidius Pfeifer,**
Morav. e Schattau, nat. 7. Nov. 1842, prof. 27. Sept. 1868, primit. 1. Aug. 1869.

58. **R. P. Dominicus Preyer,**
Austr. e Vienna, nat. 21. Jul. 1844, prof. 27. Sept. 1868, primit. 1. Aug. 1869.

59. **R. P. Stephanus Fellner,**
Austr. e Weinhaus, nat. 15. Oct. 1848, prof. 1. Oct. 1871, primit. 4. Aug. 1872.

60. **R. P. Adrianus Fatz,**
Morav. ex Iglau, nat. 4. Jan. 1850, prof. 29. Sept. 1872, primit. 3. Aug. 1873.

61. **R. P. Coelestin. Wolfsgruber, S. T. D.,**
Austr. e Neukirchen, nat. 14. Maji 1848, prof. 28. Sept. 1873, primit. 5. Aug. 1874.

62. **R. P. Robertus Tursky,**
Austr. e Vienna, nat. 9. Jul. 1851, prof. 28. Sept. 1873, primit. 9. Aug. 1874.

63. **R. P. Constantinus Vidmar,**
Carn. e Log, nat. 13. Apr. 1851, prof. 28. Sept. 1873, primit. 26. Jul. 1874.

64. **R. P. Pius Zoehrer, S. T. D.,**
Austr. e Langenlois, nat. 16. Aug. 1850, prof. 28. Sept. 1873, primit. 2. Aug. 1874.

65. **R. P. Colomannus Nowaczek,**
Austr. e St. Vito, nat. 14. Maji 1852, prof. 25. Jan. 1875, primit. 8. Aug. 1875.

66. **R. P. Maurus Haitzinger,**
Austr. e Vienna, nat. 14. Maji 1855, prof. 29. Sept. 1877, primit. 4. Aug. 1878.

FRATRES CLERICI:

67. **R. Fr. Willebaldus Nagel,**
Austr. e Natschbach, nat. 11. Maji 1856, simpl. prof. 15. Sept. 1876.

68. R. Fr. Placidus Prachar,

Morav. e Sternberg, nat. 15. Maji 1856, simpl. prof. 15. Sept. 1877.

69. R. Fr. Franciscus Reischer,

Austr. e Neunkirchen, nat. 13. Maji 1857, simpl. prof. 16. Sept. 1878.

70. R. Fr. Beda Beitl,

Austr. ex Au, nat. 22. Jun. 1856, simpl. prof. 16. Sept. 1878.

71. R. Fr. Raphael Reichardt,

Austr. e Neustadt, nat. 9. Jul. 1858, simpl. prof. 16. Sept. 1878.

NOVITII:

1. Fr. Bertholdus Bayer,

Austr. e Pfaffenstetten, nat. 8. Sept. 1858, indut. 14. Sept. 1878.

2. Fr. Godehardus Ableidinger,

Austr. ex Hollenstein, nat. 7. Aug. 1859, indut. 14. Sept. 1878.

3. Fr. Leo Scheuchl,

Austr. e Weidling, nat. 12. Jun. 1857, indut. 14. Sept. 1878.

4. Fr. Aloysius Wiedermann,

Austr. e Weidendorf, nat. 13. Jan. 1856, indut. 14. Sept. 1878.

5. Fr. Isidorus Witke,

Morav. e Neutitschein, nat. 27. Dec. 1858, indut. 12. Oct. 1878.

Bibliotheca monasterii continet voll. 60,000, libros manuscriptos 600.—Monachi 16 publico docendi munere funguntur in C. R. *gymnasio*, quod dicitur "ad Scotos, Vindobonae." Instituuntur alumni fere 500.

PAROCHIAE MONASTERII:

1. Ad *S. Aegidium* in regione urbis Viennae VI., Gumpendorf, incorp. monasterio an. 1679, cum mon. 4, animabus 38,700.

2. Ad *S. Laurentium* in suburb. Vienn. (Schottenfeld), incorp. an. 1786 cum mon. 4, anim. 30,000.

3. Ad *S. Udalricum* in reg. urbis Vienn. VII., incorp. an. 1302, cum mon. 4, anim. 19,500.

4. Ad *B. M. V.* in monasterio in regione I., incorp. an. 1158, cum mon. 4, anim. 8,000.

5. Ad *S. Michaelem* in Pulkau, Austr. inf., incorp. an. 1158, cum mon. 3, anim. 3,450.

6. Ad *S. Nicolaum* in Stammersdorf, Austr. inf., incorp. an. 1496, cum mon. 2, anim. 2,040.

7. Ad *S. Vitum* in Kleinengersdorf, incorp. an. 1158, cum mon. 1, anim. 1,230

8. Ad *S. Georgium* in Gaunersdorf, incorp. an. 1280, cum mon. 2, anim. 1,200.

9. Ad *S. Afram* in Eggendorf im Thale, incorp. an. 1158, cum mon. 2, anim. 1,190.

10. Ad *SS. Ap. Philippum et Jacobum*, Zellerndorf, incorp. an. 1227, cum mon. 2, an. 1,160.

11. Ad *S. Crucis Exalt.* in Watzelsdorf, incorp. an. 1783, cum mon 1, anim. 1,100.

12. Ad *S. Udalricum* in Platt, incorp. an. 1158, cum mon. 1, anim. 1,050.

13. Ad *B. M. V. Nativit.* in Enzersfeld, incorp. an. 1469, cum mon. 1, anim. 930.

14. Ad *SS. Ap. Petrum et Paulum* in Jenoe, Hung., incorp. an. 1700, cum mon. 2, anim. 920.

15. Ad *S. Marcum* in Enzersdorf im Thale, Austr. inf., incorp. an. 1158, cum mon. 1, anim. 660.

16. Ad *S. Laurentium* in Hoebesbrunn, Austr. inf., incorp. an. 1461, cum mon. 1, anim. 590.

17. Ad *S. Martinum* in Martinsdorf, Austr. inf., incorp. an. 1461, cum mon. 1, anim. 490.

18. Ad *SS. Trinitatem* in Waitzendorf, Austr. inf., incorp. an. 1719, cum mon. 1, anim. 450.

19. Ad *S. Annam* in —— Austr. inf., incorp. an. 1783, cum mon. 1, anim. 390.

Universim monachi 38, animae 113,050.

Necrologium a 1. Jan. 1866.

Obierunt:

1866,	20. Dec.	R. P. I. nob. de Clesius,	an. aet.	39,	prof.	17,	sac.	16.
1867,	6. Apr.	" Antonius Fiall,	"	66,	"	42,	"	40.
"	11. Maj.	" Stephan. Dachauer,	"	57,	"	34,	"	32.
1868,	15. Oct.	A. R. P. Carol. Sterlicke,	"	80,	"	56,	"	56.
"	4. Dec.	R. Fr. W. Pattermann,	"	24,	"	1,	"	—.
1869,	5. Feb.	R. P. Coelestinus Hauer,	"	82,	"	61,	"	59.
"	4. Apr.	" Leonard. Heilsberg,	"	32,	"	8,	"	7.
"	21. Jun.	" Const. Feldberger,	"	60,	"	33,	"	31.
"	21. Jul.	" Robert. della Torre,	"	64,	"	41,	"	39.
1870,	17. Maj.	" Wenceslaus Mokry,	"	73,	"	49,	"	46.
1871,	20. Apr.	A. R. P. Placidus Meller,	"	65,	"	43,	"	42.
"	4. Sept.	" Fridericus Wagl,	"	64,	"	40,	"	40.
"	28. Dec.	R. P. Maurus Schinnagl,	"	72,	"	46,	"	46.
1872,	23. Feb.	" Victor Wuchta,	"	62,	"	40,	"	38.
"	21. Jun.	" Raym. Schwedler,	"	74,	"	36,	"	41.
1873,	8. Mart.	R. Fr. Franc. Aschauer,	"	22,	"	—,	"	—.
1874,	4. Maj.	R. P. Alex. Wenderinzky,	"	69,	"	46,	"	44.
1875,	2. Sept.	" Erembertus Stagl,	"	66,	"	43,	"	42.
1876,	28. Mart.	" Carolomann. Ryba,	"	26,	"	3,	"	2.
1877,	20. Jan.	" Frideric. Hantschel,	"	27,	"	2,	"	1.
"	19. Maj.	" Berthold. Reissner,	"	43,	"	21,	"	19.
"	19. Jul.	" Gerardus Baeumel,	"	48,	"	23,	"	23.
1878,	24. Maj.	" Aloysius Rakusan,	"	68,	"	42,	"	41.
"	2. Aug.	" Isidorus Schmidt,	"	76,	"	52,	"	50.
1879,	20. Feb.	" Odilo Kopp,	"	83,	"	59,	"	58.
"	4. Maj.	" Aemilian. Unzner,	"	77,	"	53,	"	51.
"	14. Maj.	" Godefrid. Schmid,	"	44,	"	22,	"	20.

ABBATIA B. M. V. DE MONTE SERRATO,

(Vulgo "v Emauzu" vel "na Slovanech")

PRAGAE, ARCHI-DIOEC. PRAGENSIS, BOHEMIAE.

Monasterium de Monte-Serrato, Pragae, in capite Bohemiae antiquo ac sede quondam imperatorum aetatis mediae germanorum, situm, *Carolus IV.*, pater patriae, ut a Bohemis vocatur, A. D. 1348

[illegible]. In quod Benedictinos Cassinenses, Slavos ex [illegible] [illegible] introduxit, obtinens a Summo Pont[illegible] [illegible] VI. [illegible] S. B. [illegible] privilegium et bullam, ut sacrae missae [illegible] [illegible] lingua *Slavica*, ritu approbato, [illegible] [illegible] SS. Cosmae et Damiani monasterio contigua a S. W[illegible] [illegible] [illegible] et post in ecclesia majori a Carolo IV. A. D. 1372 [illegible] [illegible] [illegible]arentur. Cum haec ecclesia major A. D. 1372 [illegible] II. Paschae, [illegible] legitur Evangelium de duobus discipulis [illegible] [illegible] [illegible]ata fuerit, monasterium factum est [illegible] [illegible] *E*[illegible]" et "*in Slovan*". Monasterio Carolus IV. [illegible] comparavit, inter quos imprimis Evangelium Sazavo-Emautinum [illegible] "*Szavo-Emauzskoje* [illegible]" inscriptum), continens fragmentum veteris [illegible] versionis pericoparum evangeliorum *literis cyrillis* scriptarum et pericoparum e veteri et novo testamento *literis glagoliticis* scriptarum. Utrumque manuscriptum in unum codicem junctum, auro, gemmis et sacris reliquiis ornatum, A. D. 1419 ab hussitis e monasterio Emautino ablatum est. Qui cum A. D. 1451 ad patriarcham Constantinopolitanum legatum de unione acturi misissent, praeter alia dona etiam hunc codicem ei donarunt, quem A. D. 1574 Cardinalis Lothringensis emit et Ecclesiae Rhemensi donavit. Postea in solemnibus Regum Francorum oleo sacro inungendorum Ecclesia Rhemensis hoc Evangelio uti solebat, nunc vulgo nomine "*Texte du Sacre*" appellato. — Slavica liturgia, jam supra dicta, primum a Joanne VIII. ad preces S. Methudii, Apostoli Slavorum concessa, deinde a compluribus Summis Pontificibus approbata et confirmata in majori illa ecclesia Emautina usque ad tempora turbulenta hussitica duravit. Quibus quum bona monasterii ab hussitis expilata essent, partim ad manus saeculares devenerunt, partim cum ipso monasterio, tum non amplius monasterium, sed "arx" vocato, in quo illo tempore Consistorium Utraquistarum collocatum erat, ab Hussitarum *Pseudo-Abbatibus commendatariis* usque ad Rudolphum II., Imperatorem, per 172 fere annos administrabantur. Ultimus Abbas commendatarius *Paulus Paminondas* ad Catholicos transiit, sacris ordinibus juxta ritum S. Romanae Ecclesiae susceptis Abbatiam resignavit et in Monasterio Brevnoviensi, O. S. B., Novitiatum ingressus est, ubi nonnullis post annis professionem solemnem emisit. Paulo post rursus, sed legitimus et verus, Abbas Monast. Emautensis, usque adhuc a Visitatore Brevnoviensi administrati, electus, ab Archiepiscopo Pragensi benedictus et infulatus est. — Cum vero monasterium paene desolatum, reditus direpti, fundationes magna

ex parte dilapidatae essent, ita ut sub ultimo sequentium quinque Abbatum *Adamo Bavorovsky*, vix tres potuerint subsistere religiosi, *Ferdinandus III.* Imperator, memor voti a se facti, se tria monasteria, si B. V. M. de Monte Serrato ei vires contra arma Sueciae praestitisset, aedificaturum esse, A. D. 1635 abbati Adamo et paucis ejus religiosis pecuniae summa 10,000 fl. exsoluta, omnes reditus et bona ad Slovan spectantia relicta et ecclesiam S. Nicolai in Veteri Praga sitam tradidit. In Emautinum vero monasterium restauratum et denuo dotatum brevi postea sex Monachos Hispanos, O. S. B., strictioris observantiae e prioratu Montserratensi introduxit ac primum eorum Abbatem *Benedictum Penalosam Mondragon*, natione Hispanum, nominavit. Etiam pulcherrimam B. M. V. Montserratensis statuam, in Hispania ad originalem attactam exsculpi et duas capellas, unam in honorem SS. Patronorum contra pestem intra ecclesiam monasterii, alteram in honorem SS. Cosmae et Damiani et Wenceslai per tempora hussitica dirutam denuo aedificari jussit.

Abbate *Penalosa* A. D. 1646 mortuo, imprimis gloriosus *Joannes Caramuel de Lobkovic*, natione Belga, a Ferdinando III. *secundus Abbas Montserratensis* creatus est. Fuit vir doctissimus, in omni arte maxime eruditus, Lovanii cum totius Universitatis applausu S. Theologiae Doctorali Laurea insignitus; multis dignitatibus honoribusque abjectis tandem ab Archiepiscopatu Hydruntino apud Hispanos Praesul ornatus est.

Abbas *tertius* Emautensis *Antonius de Sotto Major*, Archiepiscopi, Pragensis, Zoubek de Bilenberg, O. S. B., Episcopus suffraganeus titularis Samandriensis, vir magnae pietatis magnusque zelator cultus Mariani, in mon. Slovanensi strictissimam observantiam statutis Montserratensibus Hispanicis conformatam in florem perduxit. In monte *Bezdez*, (germanice *Boesig*), cultu Mariano in alium Montem Serratum transformato novum monasterium erexit, quod per multos annos florebat.

Jam vero sub abbate IV., *Didaco a Canvero, S. T. D.*, natione Hispano, strictissima illa observantia valde relaxata est, ita ut brevi postea licentia ab Innocentio XII. obtenta monachi Emautenses aliis Benedictinis Cassinensibus se conformarent. Abbas VI., *Antonius de Kreylern*, Viennensis prioratus Montserratensis A. D. 1708 ab Abbatia Emautina separati et in Abbatiam elevati, primus Abbas A. D. 1709 confirmatus est. Cujus successores in abbatiali dignitate Emautina, Abbas VII. *Martinus Zedlitz*, et Abbas VIII. *Ernestus* Comes de *Schrattenbach*, Ecclesiam claustralem quam plurimum exornaverunt. Sub abbate IX, *Maximiliano Bach*, qui antea tribus

annis in eremo vixit, A. D. 1734 erecta fuit confraternitas ea tempestate valde celebris, 189 sodales continens et in tres partes divisa, quarum prima e 63 sacerdotibus et religiosis (numero 63 in honorem aetatis 63 annorum S. P. N. Benedicti), secunda e totidem laicis, tertia e totidem sororibus constitit, ad intentionem pro morte felici per intercessionem S. Benedicti obtinenda. *Martino Schmidt*, abbate X., totum Monast. et ipsa Ecclesia major tempore bellorum duro A. D. 1741, ab infirmis et in proeliis vulneratis, quorum numerus duo milia excessit, occupata sunt. *Procopius Skoda*, Abbas XIII., natione Bohemus, oeconomiam in optimum statum reddidit et ob praeclara merita, doctrinae et virtutum laudem A. D. 1801, Archiepiscopalis Consistorii Consiliarius designatus est. Longe lateque celebrem collectionem imaginum (numero 600) comparavit, quae magno damno per incendium in praedio *Sukdol* exorto venditae et a rege Saxoniae coemptae nunc celeberrimam illam *poecilen Dresdeniensem* efficiunt.

Leopoldus Zalda, Abbas XIV., gymnasium Klatoviensem, in quo ab anno 1812 usque ad 1870 Monachi Emautini docendi munere fungebantur, A. D. 1812 ordini acquisivit. — *Franciscus Xav. Castka, S. T. D.*, Abbas XV., gymnasio Klatoviensi sex classium in gymnasium superius octo classium evecto et proventu Monasterii aucto A. D. 1871, ob aetatem ingravescentem sua sponte munere abbatiali se abdicavit.

' Haec abbatia, 1. Feb, 1880, in manus transiit monachorum Congregationis Beuronensis, ipso Summo Pontifice Leone XIII. necnon augustissimo Austriae Imperatore Francisco Josepho benignissime annuentibus.

Inscriptio epist.: Hochw. Benedictiner-Abtei Emaus, Prag, (Neustadt), Boehmen, Oesterreich.

MONACHI:

Reverendissimus et Amplissimus Dominus, D. FRANC. XAV. IGNATIUS CASTKA,

Abbas Resignatus,

nat. in Kosmanos Bohemiae, 9. Nov. 1801, prof. 8. Dec. 1827, sac. 21. Dec. 1827, Abbas electus 4. Aug. 1840, a Sua Caes. Reg. Majest. confirmatus 5. Dec. 1840, installatus 21. Martii 1841, benedictus et infula decoratus 25. Mart. 1841.

2. Adm. R. P. Emanuel Franc. Hrdlicka,

nat. in Kammerburg Bohemiae, 17. Sept. 1810, prof. 30. Oct. 1836, sac. 6. Aug. 1837, Gymnasii Klatoviensis et Gymnasii Episc. Budovicensis Director emeritus; Notarius Episc. Dioecesis Budovicensis.

3. Adm. R. P. Wenceslaus Jo. Sanda,

nat. in Cernikovy Bohemiae, 2. Mart. 1810, prof. 8. Dec. 1832, sac. 3. Aug. 1834, Gymnasii Klatoviensis Director; Catecheta et Professor emeritus; Notarius Episc. Dioecesis Budovicensis; Administr. Consultor; Concionat. dominicalis; Senior Conventus.

4. Adm. R. P. Cornelius Jos. Regner,

nat. in Lukavice Bohemiae, 15. Aug. 1804, prof. 8. Dec. 1832, sac. 3. Aug. 1834, Archiep. Ordin. Commis. in caes. reg. Gymnasio Vetero-Pragensi et Scholae realis bohemicae et Gymnasii Klatoviensis Director emeritus; Notarius Archiepisc.; Praefectus Ecclesiae monasterii; Concionator festivalis.

5. Adm. R. P. Jos. Franc. Polák,

nat. in Lazany Bohemiae, 14. Dec. 1812, prof. 2. Sept. 1838, sac. 7. Feb. 1841; Gymnasii Klatov. professor emeritus; Notarius Episc. Dioecesis Budovicensis; Administr., consultor ac provisor.

6. R. P. Coelestinus Jos. Stingel,

nat. Pragae Bohemiae, 28. Oct. 1819, prof. 15. Dec. 1844, sac. 22. Jan. 1845, Gymnasii Klatoviensis Catecheta et Professor emeritus; Sacristiae Praefectus.

7. R. P. Benedictus Aug. Neufuss,

nat. in Sobotec Bohemiae, 15. Feb. 1831, prof. 15. Feb. 1857, sac. 16. Feb. 1862.

8. R. P. Victor Jos. Mayer,

nat. Klatoviae Bohemiae, 1. Maj. 1837, prof. 19. Oct. 1862, sac. 2. Aug. 1863.

9. R. P. Theodor. Jos. Chvojan,

nat. in Krastovice Bohemiae, 9. Feb. 1839, prof. 19. Oct. 1862, sac. 2. Aug. 1863.

10. R. P. Maurus Stanisl. Schiebl,

nat. in Horazdovice Bohemiae, 7. Maj. 1842, prof. 14. Oct. 1866, sac. 26. Oct. 1866; Concionator dominic.; Culinae praefectus; Spiritualis ad Elisabethinas.

11. R. P. Placidus Ant. Zachystal,
nat. Pragae Bohemiae, 25. Maj. 1830, prof. 15. Oct. 1865, sac. 7. Jan. 1866; Concionator dominicalis.

Parochia Trebesicensis, cujus animarum numerus 590, a Curato uno, R. P. Theodoro Chvojan, administratur.
Bibiotheca volumina 12,000, insignia SS. Patrum, nonnullos commentarios Psalmorum, quaedam opera dogmatica continet.

Necrologium ab anno 1866.

Obierunt:

1866, 31. Maj.	R. P. A. F. Weinfurter,	an. aet. 65,	prof. 40,	sac. 37.
1870, 16. Jun.	" Nep. Jos. Pátka,	" 68,	" 43,	" 43.
1871, 19. Maj.	" Adalb. P. Henika,	" 80,	" 52,	" 52.
1872, 6. Jan.	A. R. P. M. Ant. Fischer,	" 79,	" 55,	" 55.
" 11. Apr.	R. P. Leopold. F. Krodl,	" 68,	" 44,	" 42.
1873, 13. Feb.	" Othmar. C. Jeklín,	" 54,	" 28,	" 27.
1874, 31. Maj.	" Cyrill. Jos. Petera,	" 39,	" 12,	" 11.
" 31. Maj.	" Max. Mich. Thums,	" 67,	" 36,	" 43.

ABBATIA S. STEPHANI, PROTOM., AUGUSTAE VINDELICORUM (AUGSBURG), BAVAR., DIOECESIS AUGUSTANAE.

Inscript. epist.: Hochw. Benedictiner-Abtei S. Stephan, Augsburg, Bayern.

Ineunte hoc saeculo universa monasteria intra novi regni Bavarici fines famosa illa saecularisatione quam vocant sublata erant. Qua jactura cum cives plerique vehementissime affligerentur, Ludovicus I., Bavariae rex, et ingenio et pietate clarrissimus, cum popularium voluntatibus tum concordatus cum S. Sede facti conditionibus obsecuturus, Ordinem S. Benedicti in regno Bavariae restaurare animum induxit. Rebus diu ac diligenter praeparatis, decrevit 20. Dec. 1834, ut Ordo S. Benedicti ad juventutem artibus liberalibus erudiendam religioseque educandum et ad animarum curam pastoralem exercendam in Bavaria denuo induceretur; ut prima Abbatia Bavarica Augustae Vindelicorum in aedibus ad S. Stephanum, quas ante saecularisationem Canonissae nobiles regulam S. Augustini

secutae tenuerant, erigeretur; ut monasterium Mettense jam 1828 restitutum et Prioratus pro libera quondam Abbatia exempta Ottoburae restituendus et omnia monasteria Benedictina in Bavaria in posterum erigenda ab Abbate ad S. Stephanum tamquam *generali* monasteriorum Bavaricorum penderent; ut a monachis Augustanis regium lyceum et gymnasium catholicum ad S. Stephanum jam 1828 institutum susciperetur aliaque praeterea negotia posthac fortasse iis committenda obirentur. — Hic statim commemorandum est, nunc temporis nullum Bavariae monasterium ab hac Abbatia Augustana pendere praeter unum Prioratum Ottoburanum.

Abbatem monasterii S. Stephani fundandi rex Ludovicus I. 16. Dec. 1834 *P. Barnabam Huber* nominaverat, conventualem quondam liberae Abbatiae Ottoburanae. (Natus erat in Gutenberg prope Kaufbeuren 13. Apr. 1778, professus 13. Nov. 1794, ordinatus 30. Maj. 1801, post saecularisationem primum filiorum paedagogus, tum bibliothecarius principis Fugger a Babenhausen.) Is ex regis voluntate debebat multos tum etiam vivos in Bavaria Exbenedictinos ut Ordini iterum se aggregarent invitare et, si is numerus ad omnia negotia officiaque sustinenda non sufficeret, ex monasteriis Austriacis religiosos ut ad tempus auxilio venirent evocare. Postquam igitur P. Barnabas, feria II. Paschae 20. Apr. 1835, in ecclesia S. Crucis Augustae Vindelicorum ab Alberto de Riegg, Episcopo Augustano, Abbas erat benedictus, cum eodem Episcopo iter fecit in Austriam, post etiam in Helvetiam, ut ex illis monasteriis religiosos ad monasterium recens fundandum aptos conquireret. Quod cum prospere successisset et interea aedes ad S. Stephanum novo fini essent accomodatae, 5. Nov. 1835 procedi potuit ad monasterium solemniter constituendum et scholas institutaque illi adnexa Benedictinis extradenda.

Huic celeberrimae solemnitati intererant Episcopus Augustanus cum suo Capitulo, Abbas S. Crucis in Donauwoerth, Coelestinus Koenigsdorfer, ex omnibus omnium, quae olim ad dioecesim Augustanam pertinuerant, sublatorum monasteriorum Abbatibus unus superstes; Princeps a Wallenstein regni Bavariae Minister; urbis Augustanae Clerus et regii officiales universi. Inter solemnem missam, a novo Abbate celebratam, bulla Smi D., D. Gregorii PP. XVI. de erigenda Abbatia Augustana d. d. 19. Maj. 1835 recitabatur, omnes conventuales homagium praestabant, Episcopus novam Abbatiam rite constituebat. Sacris in ecclesia peractis Minister regius conventui corporationis jura regis nomine tribuit et regium lyceum gymnasiumque catholicum cum seminario tradidit.

Hanc habuit originem prima post saecularisationem in regno Bavariae Abbatia Benedictina. Tum coeperunt monachi ordine constanterque exercere negotia sibi commissa, quae adjuvante Dei gratia etiam nunc exercentur. Domesticis viribus paulatim succrescentibus exteri religiosi in sua quisque monasteria revertebantur. (Haec sunt illa monasteria, ex quibus religiosi Augustam vel Ottoburam auxilio venerant: Altenburg, Einsiedeln, Emaus, Goettweig, Kremsmuenster, S. Lamberti in Styria, Marienberg, Melk, Michaelbeurn, Metten, S. Petri Salisburgi, S. Pauli Carinthiae, Raigern, B. M. V. ad Scotos Vindobonae, Seitenstetten.)

Anno 1850 P. Paulus Birker, conventualis S. Stephani, a rege Ludovico I. primus Abbas monasterii ad S. Bonifacium Monachii neoerecti nominatus est.

Die 29. Jul. 1851 primus Abbas Barnabas Huber, senex 73 annorum, hac vita decessit. Ejus in locum a conventu 9. Aug. 1851 electus est P. Philippus Kramer; qui cum dignitatem Abbatialem renuisset, conventuales 20. Dec. Abbatem elegerunt *P. Theodorum Gangauf*, decanum et scholarum rectorem. Is libere resignavit 20. Jul. 1859. Tum a Capitulo 6. Sept. 1859 electus est Abbas *Raphael Mertl* adhuc regnans.

Anno 1858 celebrabatur centenarium IX. ecclesiae S. Stephani Aug. Vind.; 1864 centenarium XI. fundationis monasterii et ecclesiae SS. Alexandri et Theodori Ottoburae; 1866 centenarium IV. imaginis miraculosae B. M. V. Elderensis (Maria Eldern – in alno) Ottoburae.

MONACHI:

Reverendissimus et Amplissimus Dominus, D. RAPHAEL MERTL,

Abbas,

a Forchheim, nat. 16. Oct. 1820, sol. prof. 11. Nov. 1841, sacerdotio auctus 24. Aug. 1844, electus 6. Sept. 1859, benedictus 2. Feb. 1860; ordinis S. Michaelis I. classis eques, ob beneficia in saucios milites collata et cruce pro merito et numo memoriali belli 1870–71 decoratus.

2. Adm. R. P. D. Bartholomaeus Zenetti,

Prior,

ab Augusta Vind., nat. 22. Mart. 1815, sol. prof. 29. Sept. 1839, sac. 19. Aug. 1841.

3. R. P. Hieronymus Gratzmueller,

a Monachio, nat. 19. Jan. 1824, sol. prof. 2. Feb. 1845, sac. 11. Feb. 1847.

4. R. P. Rupertus Mueller,

a Fuessen, nat. 2. Jun. 1822, sol. prof. 2. Feb. 1845, sac. 20. Oct. 1849.

5. R. P. Otto Ziereis,

a Lichtenfels, nat. 15. Jul. 1822, sol. prof. 26. Oct. 1846, sac. 6. Aug. 1852.

6. R. P. Pius Reinlein,

a Bamberg, nat. 3. Nov. 1822, sol. prof. 18. Nov. 1846, sac. 20. Oct. 1849.

7. R. P. Thomas Kramer,

ab Augusta Vind., nat. 11. Nov. 1821, sol. prof. 11. Apr. 1847, sac. 26. Jul. 1847.

8. R. P. Jacobus Seidenbusch,

a Monachio, nat. 31. Jul. 1825, sol. prof. 25. Oct. 1846, sac. 6. Dec. 1848.

9. R. P. Luitpoldus Brunner, Ph. D.,

a Passau, fratrum convers. Spiritualis, nat. 15. Jun. 1823, sol. prof. 30. Nov. 1847, sac. 22. Nov. 1850.

10. R. P. Carolus Berchtold,

a Tuerkenfeld, nat. 12. Aug. 1826, sol. prof. 29. Mart. 1853, sac. 4. Maj. 1853.

11. R. P. Benedictus Permanne,

a Niederstotzingen in Wuerttemberg, nat. 25. Nov. 1826, sol. prof. 24. Jun. 1855, sac. 19. Maj. 1852.

12. R. P. Stephanus Stengel,

a Prichsenstadt, nat. 11. Sept. 1836, sol. prof. 6. Oct. 1857, sac. 12. Apr. 1860.

13. R. P. Narcissus Liebert, Ph. D.,

Magister Novitiorum,

ab Augusta Vind., nat. 18. Mart. 1844, prof. 20. Apr. 1864, sac. 30. Apr. 1867.

I. jussu 1828 aedificata ab uno ex conventualibus instituuntur *observationes astronomicae; item meteorologicae* sexies in die, quae quidem jam 1812 Augustae Vind. institui coeptae sunt.

Monachi *SS. Alexandri et Theodori*, Ottoburae, curam habent pastoralem parochiae Ottoburanae circiter 2900 animarum. Iidem *praeterea regium institutum* gubernant, ubi fere 60 pueri parentibus orbati vel alio quovis modo derelicti et neglecti elementaris scientiae rudimentis instituuntur et a fratribus conversis variis artificiis exercentur itaque ab imminente religionis morumque jactura servantur.

Necrologium ab anno 1866.

Obierunt:

1866,	13. Dec.	R. P.	Clemens Rosa.
1867,	7. Jul.	"	Athanasius Koch.
1868,	28. Jan.	"	Antonius Kuissl.
1869,	24. Maj.	"	Augustinus Bernhard.
"	— Jul.	"	Jo. Chrysost. Loessl.
1870,	23. Nov.	"	Anselmus Bunk.
1871,	31. Aug.	"	Philippus Kramer, *Prior Ottobur.*
1872,	20. Dec.	"	Ludovicus Preysinger.
1875,	15. Sept.	Revmus D.,	D. Theodorus Gangauf, *Abb. lib. resig.*
"	2. Nov.	R. P.	Josephus Nagler.
1876,	31. Jul.	"	Matthaeus Rauch.
1877,	13. Mart.	"	Mathias Zillober, *Prior Ottobur.*

APPENDIX

DE MONIALIBUS O. S. B.

DE QUIBUS NOTITIA AD NOS PERVENIT.

DISPONITUR APPENDIX ORDINE SEQUENTI:

1. America,	5. Bavaria,
2. Anglia,	6. Belgium,
3. Australia,	7. Gallia,
4. Austria,	8. Helvetia,

9. Italia.

AMERICA.

In nulla alia Americana regione existunt Moniales sive Sorores, quae S. P. Benedicti sequuntur regulam, nisi in sola Statuum Foederatorum republica. — Huc vero advenerunt ex Eichstaedt, Bavariae, A. D. 1852, rogante Revmo D. Bonifacio Wimmer, Abbate S. Vincentii. Tres fuerunt moniales, quae primae advenerunt, locumque petierunt nomine *St. Mary's*, Elk County, Pennsylvania, Dioecesi Eriensi. Modo numerus sororum ita est auctus, ut numerus viventium parum a 500 distet, interim vero mortuarum numerus 100 excesserit. Commorantur in conventibus majoribus (Prioratibus) 15, a quibus pendent conventus minores 33, ubi paucae sorores convivunt. Abbatissae nullae sunt, Priorissae tantum, quae ad triennium a sororibus eliguntur. — Ubique eandem vivendi rationem retinent; puellarum scholas ubique habent conventibus vel adnexas vel vicinas, quarum 15 sunt scholae majores, 48 scholae minores (parochiales), sive elementares. Per 10 Dioeceses et 2 Vicariatus Apost. sparsi sunt conventus (Prioratus), quorum elenchus hic est:

1. *S. Josephi*, ap. St. Mary's, Dioec. Eriens., Pennsylvania, erect. A. D. 1852. Moniales professae sunt circ. 54. — Dependent conventus minores tres. Scholae elementares 3, schola major 1.

2. *S. Benedicti*, ap. Erie city, Dioec. Eriens., Pennsylv., erect. A. D. 1856. Moniales circ. 50. — Dependent conventus minores duo. Scholae elementares 3, schola major 1.

3. *S. Scholasticae* ap. Newark, Dioec. Novarcens., New-Jersey, erect. 1857. Moniales circ. 26. — Dependet conventus minor unus. Scholae elementares 2.

4. *S. Josephi*, ap. St. Joseph's, Vic. Ap. Minn. Sept., Minnesota, erect. 1857. Moniales circ. 75. — Dependent conventus minores septem. Scholae elementares 10, majores 5.

5. *S. Walburgae*, ap. Covington, Dioec. Covingtonens., Kentucky, erect. 1859. Moniales circ. 45. — Dependent conventus minores duo. Scholae elementares 3. Orphanotrophii curam Revmi D. Episcopi rogatu in se susceperunt moniales hujus conventus.

6. *S. Benedicti et S. Scholasticae*, ap. Chicago, Dioec. Chicagiens., Illinois, erect. 1860. Moniales circ. 37. — Dependent conventus minores duo. Scholae elementares 3.

7. *S.* ———, ap. Shakopee, Dioec. S. Pauli, Minnesota, erect. 1862. Moniales circ. 27. ——— ———.

8. *S. Scholasticae*, Atchison city, Dioec. Leavenworthen., Kansas, erect. 1863. Moniales 32. — Dependent conventus minores duo. Scholae elementares 3, majores 2.

9. *Annunciationis B. M. V.*, Nebraska city, Vic. Apost. Nebraska, Nebraska, erect. 1865. Moniales ——.

10. *Immac. Concept. B. M. V.*, Ferdinand, Dioec. Vincennopolit., Indiana, erect. 1867. Moniales circ. 40. — Dependent conventus minores octo. Scholae elementares 9.

11. *S. Walburgae*, Elizabeth, Dioec. Novarcen., New-Jersey, erect. 1868. Moniales circ. 28. — Dependent conventus minores duo. Scholae elementares 2, major 1.

12. *SSmae Familiae*, New-Orleans, Archi-Dioec. Neo-Aureliens., Louisiana, erect. 1870. Moniales circ. 25. — Dependent conventus minores tres. Scholae elementares 4.

13. *S. Scholasticae*, Carrolltown, Dioec. Pittsburghens., Pennsylv., erect. 1870. Moniales circ. 40. — Dependent conventus minores tres. Scholae elementares 4.

14. *Immac. Concept. B. M. V.*, Wilmington, Dioec. ejusd. nom., Delaware, erect. 1874. Moniales 5. Scholae elementares 2.

15. *S. Mariae*, Richmond, Dioec. ejusd. nom., Virginia, erect. 1875. Moniales circ. 10. Schola elementaris 1, major 1.

Praeter supra descriptas Moniales existit in pago Conception, Dioec. S. Josephi, Missouri, conventus quidam Sororum, quae *tertii Ordinis S. P. Benedicti* appellantur. A. D. 1875 huc venerunt a Rickenbach (Unterwalden) Helvetiae, ubi primus ejusdem conventus est conditus. Annua vota emittunt, atque sacrum Officium a S. Gertrude compositum recitant. Prae ceteris perpetuo incumbunt adorationi SSmi Altaris Sacramenti. Numerantur sorores 20.

ANGLIA.

I. Sub jurisdictione D., D. Praesidis Congregationis Anglicae.

1. Abbatia *B. M. V. de Consolatione* apud Stanbrook, Worcester, Dioec. Birminghamien., fundata apud Cameracum in Gallia 1. Jan. 1625. Abbatissa: Ven. Mater Domna Maria Gertrudis Dubois, electa 1874. Moniales numerantur 39, quarum 26 choro addictae sunt, reliquae conversae sunt.

II. Sub jurisdictione Revmorum Episcoporum.

Prioratus *S. Scholasticae* ap. Atherstone, Warwickshire, Dioec. Birminghamien. Moniales circ. 20 perpetuae SSmi Sacramenti adorationi incumbunt.

Prioratus *B. M. V. de bona Spe* ap. Colwich, Staffordshire, Dioec. Birminghamien. Moniales circ. 40, SSmo Sacramento adorando perpetuo assistunt.

Abbatia *B. M. V. Assumptae* ap. East Bergholt, Suffolk, Dioec. Northamptonien. Moniales circ. 35.

Abbatia *Immac. Concept. B. M. V.* ap. Oulton, Staffordshire, Dioec. Birminghamien. Moniales circ. 33.

Prioratus *S. Mariae de Angelis* ap. Princethorpe, Warwickshire, Dioec. Birminghamien. Moniales circ. 60.

Abbatia *S. Mariae et S. Scholasticae* ap. Teignmouth, Devonshire, Dioec. Plymuthen. Moniales circ. 33 SS. Sacramentum perpetuo adorant.

Prioratus *S. Mildredae* ap. Minster in insula Thanet prope Ramsgate, Dioec. Suthwarcens. — Anno 1861 apud Ramsgate moniales sedem fixerunt, an. vero 1878 ad *Minster* in novas aedes, a D. Henrico Gascoyne donatas, commigrarunt. Moniales adhuc paucae sunt, et subduntur Superiori coenobii S. Augustini apud Ramsgate.

AUSTRALIA.

1. Prioratus *B. Maria V.* apud Paramatta, Archi-Dioec. Sydneyens., Austr. orient. Moniales 17, sub *Priorissa* Ven. Matre D. Maria Walburga Wallace.

A Revmo Archiepiscopo *Joanne Beda Polding O. S. B.*, Cong. Angl., condita est Congregatio sororum "de bono Samaritano" appellatarum, quae *regulam S. P. Benedicti* sequuntur.

Earum conventus sunt:

1. *S. Scholasticae*, Pitt Street, Sydney, cum sororibus 29.
2. *B. V. M. de Angelis*, Rose Bank, Sydney, cum sororibus 10.
3. *Immac. Concept. B. M. V.* ap. Balmain, cum sororibus 10.
4. *B. M. V. Stellae Maris* ap. Woolongong, cum sororibus 6.
5. *S. Joseph* apud Windsor, cum sororibus 4.
6. *S. Joseph* apud Paramatta, cum sororibus 5.

AUSTRIA.

(Quae sequuntur transcripta sunt ex ephemeride Viennensi "Das Vaterland," d. 3. Jan. 1880, pag. 3. Auctor elenchi est D. Professor Felix Zwerina. — Omnes provinciae Imperii Austriaci includuntur.)

1. Abbatia in Insula *Arbe* (Dalmat.) Dioec. Vegliens., cum schola. Abbatissa est: Ven. M. D. Benedicta Rossi.
2. Abbatia apud *Cherso*, Dioec. Vegliens., cum schola. Abbatissa: Ven. M. D. Scholastica Tentor.
3. Conventus apud *Fiume*, Dioec. "Zengg-Modrus", cum schola. Superiorissa est: Ven. M. Philomena Maver.
4. Conventus apud *Lesina*, Dioec. ejusd. nom., cum schola. Superiorissa: Ven. M. Maria Theresa Obulina.
5. Conventus apud *Lemberg*, Archi-Dioec. ejusd. nom., erect. 1593, cum schola.
6. Conventus apud *Lemberg*, Archi-Dioec. ejusd. nom., erect. 1720, "de perpetua adoratione SSmi Altaris sacramenti". Accedit schola et institutum puellarum educandarum.
7. Abbatia apud *Lemberg*, Archi-Dioec. ejusd. nom., erect. 1692, Monialium Armenarum cum schola. Abbatissa: Ven. M. D. Cajetana Sarkisiewicz.
8. Abbatia apud Nonnberg in *Salzburg*, Archi-Dioec. ejusd. nom., fundata a S. Ruperto c. 582, qui nepotem suam Erintrudem e Francia adductam monialibus praefecit. S. Henricus Imperator alterius fundatoris nomine gaudet ac veneratione. A. D. 1423 monasterium et ecclesia ingenti conflagrarunt incendio, quo perierunt monasterii documenta fere omnia. — Moniales curam gerunt puellarum tum in paedagogio educandarum tum in schola publica erudiendarum. — Abbatissa modo est Ven. M. D. Maria Magdalena Klotz, Tirolensis ex Eppan, nata 16. Feb. 1844, prof. 16. Apr. 1868, sol. benedicta 28. Oct. 1876. Moniales numerantur 35, conversae 28.
9. Abbatia S. Margaritae *Pago*, Archi-Dioec. Zarens., cum schola. Abbatissa: Ven. M. D. Placida Tabor.
10. Abbatia apud Przmysl, Dioec. ejusd. nom., erect. 1616, cum schola. Abbatissa: Ven. M. D. Leonarda Hammermueller.

NOTA: — De altero conventu in hac civitate nulla pervenit notitia.

11. Conventus apud *Saeben*, Archi-Dioec. Trident., erect. 1685, cum schola. Superiorissa: Ven. M. Antonia Santifallner.

12. Abbatia apud *Sebenico*, Dioec. ejusd. nom., erect. 1639, cum schola. Abbatissa: Ven. M. D. Benedicta Zampiero.
13. Abbatia apud *Staniatki*, Dioec. Tarnoviens., erect. 1216, cum schola et convictu puellarum. Abbatissa: Ven. M. D. Sophia Baryszewska.
14. Abbatia apud *Trau*, Dioec. Spalato-Macarscan., erect. 1064, cum schola. Abbatissa: Ven. M. D. Scholastica Croato.
15. Abbatia S. Cypriani apud *Triest*, Dioec. ejusd. nom., cum schola et puellarum convictu. Abbatissa: Ven. M. Maria Magdalena Gutmann.
16. Abbatia apud *Veglia*, Dioec. ejusd. nom. cum schola. Abbatissa: Ven. M. D. Benedicta Zacco.
17. Abbatia apud *Zara*, Dioec. ——— erect. 1072, cum schola. Abbatissa: Ven. M. D. Crucifixa Keller.

BAVARIA.

1. MONASTERIUM B. MARIAE V. CHIEMSEENSE,

Fundatum an. 782 a Tassilone, Bavariae Duce, extinctum 1803, instauratum 1837 a Ludovico I. Bav. rege, situm est in Bavaria sup., Archi-Dioec. Monaco-Frisingens., in insula lacus "Chiemsee" appellati. — Irmengardis, filia Ludovici Germanici, nepotis Caroli Magni, prima abbatissa fuisse et sanctam vitam duxisse traditur. Anno 908 monasterium ab Hunnis deletum est, sed paullo post instauratum. A. D. 1491 et 1572 incendio deletum sed iterum aedificatum est. An. 1803 exstinctum est, sed ad habitandum monialibus concessum est monasterium, in quo, etsi perpaucae, virgines Deo serviebant usque an. 1837, quo Ludovicus rex illud munificentissime restauravit. — Ab an. 1837–1866 praefuit Priorissa Ven. M. Benedicta Aschauer; 1866 ad triennium Priorissa electa est Ven. M. Scholastica Oppacher quae, elapso triennio, iterum electa usque hodie praeest. — Moniales numerantur 21, conversae 18, novitiae 2. — Cum conventu juncta est schola elementaris et institutum puellarum.

2. MONASTERIUM S. WALBURGAE EICHSTADII,

Fundatum an. 1035 a Leodegario, Canonico, comite a Greissbach et Lechsgmuend, cum Heriberto, episcopo Eichstettensi, situm est Eichstadii in Bav., Dioec. ejusd. nom.; extinctum 1803, sed a Ludovico I, Bav. rege, restauratum 1835. Ab an. 1836–

1849 Priorissa praefuit M. Emmerama Benedicta Streitl; ab 1849 usque modo praeest M. Eduarda Benedicta Schnitzer, nata in Waal 22. Jan. 1815, prof. 16. Oct. 1836, electa 30. Oct. 1849. Moniales numerantur 21, conversae 9, novitiae 3, postulantes 5. — Praesunt scholae puellarum Eichstadii.

BELGIUM.

1. ABBATIA BRUGENSIS S. GODELIEVAE,

Erecta c. an. 1090 a Bertulpho, viro nobili, in pago Ghistella, unde a calvinianis pulsae, religiosae virgines Brugas venerunt, 1577. Anno 1480 reformatio ad instar Bursfeldensium, an. vero 1623 alia nova facta est ad instar illius, quam D. Florentia Werquigneul Duaci stabiliverat. An. 1793 domus vendita est sed post redditam pacem virginibus restituta est. — Abbatissa hoc tempore est Ven. M. Domna Maria Stanislas Van-de-Velde, nat. 13. Feb. 1837, prof. 28. Sept. 1858, benedicta 23. Jan. 1877. Moniales numerantur 17, conversae 5, novitiae 4.

2. ABBATIA LEODIENSIS (*Liege*) B. V. M. DE PACE,

Erecta an. 1627 a D. Abbatissa B. M. V. Namurcensis. Decem exinde usque 1795 numerantur abbatissae. Quo tempore dispersae sunt virgines. An. 1797 D. Constantia Greek domum pecunia redemit atque cum eis, quae redierant, monialibus puellas erudiendas quasdam suscepit. Dignitas abbatialis iterum restituta est 1860. — Hodie fere 400 puellae in eadam domo litteris imbuuntur. — Praesens Abbatissa est: Ven. M. D. Gregorina Lechanteur, nata ——, prof. 28. Oct. 1847, benedicta 1. Oct. 1860. Moniales sunt 28, conversae 15, novitiae chori 5, novitiae conversae 4.

3. ABBATIA YPRENSIS,

Filia celeberrimae abbatiae B. M. V. Gandavensis, erecta 22. Maj. 1665, ac primum ab anglicis, deinde hibernicis virginibus habitata. Hortante Jacobo II., Angliae rege, ad breve tempus (1688–1690) in urbe Dublinensi commoratae sunt. Nunc perpaucae, quae supersunt, anglicae vel belgicae stirpis sunt. Abbatissa: Ven. M. D. Maria Winfrida Jarett, nata ——, prof. 21. Jun. 1820, benedicta ——. Moniales 4, conversae 3.

4. PRIORATUS GRANDIMONTENSIS (*Grammont*) **B. M. V. DE PACE,**

Erectus an. 1624 a quibusdam virginibus de Duacena reformatione, quae eo tempore facta est. An. 1797 religiosae dispersae sunt, sed 1816 duae nobiles virgines antiquae abbatiae Ghislingianae domum recuperarunt, ibidemque cum redeuntibus ex exilio religiosam vitam restituerunt. Moniales 17, conversae 5, novitiae 2.

---

5. CONVENTUS IN MENIN (*Flandriae*),

Erectus 21. Oct. 1690 a monialibus conventus Poperingani. Tempore gallicae subversionis, ut destructionem evaderent moniales hujus domus hospitium erexerunt pro mulieribus mente captis, quas diu summa cura foverunt. — Superiorissa nunc est: Ven. M. D. Victorina Lienart, prof. — Sept. 1856. Moniales 20, conversae 7, novitia 1.

---

6. CONVENTUS IN POPERINGHE (*Flandriae*),

Erectus c. 1635 ab undecim religiosis, quae destructa tempore belli antiqua abbatia in Fauquemberghe huc venerunt. An. 1680 aedes claustrales, 1714 scholae constructae sunt. Soluto virginum conventu an. 1797, iterum quaedam an. 1800 redierunt et aedes recuperarunt. Clausura regularis 1849 restituta est. Moniales 19, conversae 5, novitiae 3, postulantes 2.

---

7. PRIORATUS "PACIS" AD S. JOSEPH DE TONGRIA, (*Tongres*),

Priorissa Ven. M. D. Isidora Doreye, prof. 2. Jul. 1869. Moniales 10, conversae 5.

GALLIA.

(Quae sequuntur ex eodem folio desumpta sunt, ex quo ea, quae sub "Austria" occurrunt, paucis tantum mutatis.)

MONIALES O. S. B. ABSQUE SPECIALI COGNOM.

Existunt monasteria harum monialium sequentibus locis:

1. *Ajaccio*, erect. 25. Aug. 1862.

2. *Ardouane* prope Riols, Dioec. Montispessulanen., cum convictu puellarum.
3. *Argenton*, Archi-Dioec. Senonen., cum adjuncta schola.
4. *Bourges*, Archi-Dioec. ejusd. nom.., cum schola.
5. *Calais*, Dioec. Atrebaten., cum schola.
6. *Chantelle*, Dioec. Moulins, erect. 11. Oct. 1853.
7. *Cuire* prope La Rochette, Archi-Dioec. Lugdunen., erect. 1824.
8. *Drouville*, Dioec. Nancien.
9. *Estaires*, Archi-Dioec. Cameracen., cum puellarum convictu.
10. *Fecamp*, Dioec. Rothomagen., cum hospitali.
11. *Flavigny-sur-Moselle*, Dioec. Nanceien., Abbatia cum puellarum convictu et hospitali mulierum.
12. *Le-Mans*, Dioec. ejusd. nom. (Cenomanen.)
13. *Lisieux*, Dioec. Bayeux, cum puellarum convictu.
14. *Mantes*, Dioec. Versalien.
15. *Nimes*, Dioec. ejusd. nominis.
16. *Orient*, Dioec. Rhodez.
17. *Pradines*, Archi-Dioec. Lugdunensis.
18. *Solesmes*, Dioec. Cenomanen., Abbatia erect. a D. D. Guéranger.
19. *Toulouse*, Dioec. ejusd. nominis, Prioratus cum schola.
20. *Vologne*s, Dioec. Constantiensis.
21. *Verneuil*, Dioec. Evreux, Abbatia S. Nicolai cum schola.

---

2. MONIALES COGNOMENTO "DE PERPETUA SS. SACRAMENTI ADORATIONE".

1. *Arras*, Dioec. ejusd. nom. (Atrebaten.), erect. 1802.
2. *Bayeux*, Dioec. ejusd. nom.
3. *Caen*, Dioec. Bayeux.
4. *Craon*, Dioec. Valleguidonen., erect. 1829.
5. *Longuenesse*, Dioec. Atrebaten., prope St. Omer.
6. *Lourdes*, Dioec. Tarbes.
7. *Nizza*, Dioec. ejusd. nominis.
8. *Paris*, Archi-Dioec. ejusd. nom., "ad Templum," Via "Monsier" 20, cum instituto puellarum.
9. *Paris*, Archi-Dioec. ejusd. nom., Via "Tournefort" 12.
10. *Pierre Benite*, Archi-Dioec. Lugdunen.
11. *Rouen*, Archi-Dioec. ejusd. nom., denuo erect. 1802.
12. *La-Salette* apud Montpeyroux, Dioec. Montispessulanen., erect. 1871.

13. *St. Nicolas du Port*, Dioec. Nanceien., cum convictu puellarum et hospitali pro mulieribus.

3. MONIALES "DOMINAE NOSTRAE DE MONTE CALVARIA."

1. *Angers*, Dioec. ejusd. nom. (Andegaven.), Prioratus erect. 1621 cum convictu puellarum.
2. *La Capele-Mariaval*, Dioec. Cadurcen., cum puellarum convictu.
3. *Marchecoul*, Dioec. Naneten.
4. *Orleans*, Dioec. ejusd. nom. (Aurelianen.).
5. *Poitiers*, Dioec. ejusd. nom. (Pictavien.).
6. *Vendome*, Dioec. Blessensis, cum convictu puellarum.

4. MONIALES "DE SACRATISSIMO CORDE MARIAE."

1. *Jouarre*, Dioec. Meldensis, Abbatia B. Mariae V.
2. *Meaux*, Dioec. Meldensis, Conventus "de la Paix."
3. *St. Jean d'Angely*, Dioec. Rupellen., erect. 24. Jun. 1839.

5. MONIALES "DE IMMACULATA CONCEPTIONE."

1. *Igoville*, Dioec. Evreux, Prioratus cum convictu puellarum, erect. 18. Mart. 1879 per Breve a S. P. Leone XIII., datum jam 1878.

HELVETIA.

MONASTERIA MONIALIUM EXISTUNT APUD:

1. *Au* prope Einsidlam.
2. *Fahr* (Argovia).
3. *Glattburg* (Sangallen.).
4. "*Hermetisvillam*" (Argoviae) Abbatibus Murensibus subditum; an. 1841 suppressum, 1843 iterum apertum, 1876 iterum suppressum. Moniales autem, quantum fieri potest, vitam agunt communem.

5. *Muenster* (Graubuendten) in Valle Muenster, ad S. Joannem Bapt. Fundatum est hoc monasterium a Carolo Magno an. 801. — Anno 1803 ultima Abbatissa vita functa est, exinde Priorissae praesunt. Praesens Priorissa est: Ven. M. Maria Ignatia Schmid de Dissentis, nat. 1845, prof. 1869, elect. — Oct. 1877. Moniales sunt 18, conversae 4. — Scholae elementares in pago Muenster sub cura monialium sunt.
6. *Sarnen*, Abbatia ad S. Andream.
7. *Seedorf.*
8. *Sion.*

ITALIA.

Elenchus conventuum monialium, quem subjicio, accepi ab Illmo et Revmo D., D. Leopoldo Zelli-Jacobuzi, Abbate S. Pauli de Urbe, cui quas possum maximas refero gratias.—Alii sine dubio exstant conventus, quorum tamen notitia obtineri non potuit. — Disponitur elenchus ordine alphabetico Dioecesium.

1. ACHERONTIN. (Acerenza) Monasterium *Immaculatae Concept.* in Monte Scaglioso antiquissimum. Moniales 11, conversae 9.
2. AMERIN. (Amelia) *S. Joannis Evangelistae*, fund. 1603 in Amelia. Moniales 7, conversae 4.
3. ARETIN. (Arezzo) *S. Spiritus* in Arezzo. Mon. 10, conv. 9.
4. *S. Joannis Bapt.* in Monte San Savino. Moniales 9, conversae 4, alumnae 6.
5. *S. Benedicti* in Terranuova Bracciolini. Moniales 20, conversae 6, alumnae 4.
6. ARIMINEN (Rimini) *S. Clarae* in Verruchio, fund. 1822. Moniales 15, conversae 6.
7. ASCULANEN. in Piceno (Ascoli Piceno) *S. Mariae Virg.* in Ascoli Piceno, fund. 1207. Moniales 9, conversae 7.
8. *S. Onuphrii* in eadem civitate, fund. 1248. Moniales 12, conversae 9.
9. *SS. Crucifixi* in Amatrice, fund. 990. Moniales 10, conversa 1.
10. *S. Marii* in Ossida, fund. 1635. Moniales 14, conversae 6, alumnae 6.
11. ASSISIEN. (Assisi) *S. Apollinaris* in Assisi, fund. 1452. Moniales 11, conversae 8, alumnae 3.

12. ASSISIEN. *S. Jacobi* in ead. civitate, fund. 1525. Moniales 12, conversae 6, alumnae 3.
13. *S. Annae et S. Benedicti* in Bascia, fund. 1602. Moniales 7, conversae 6, alumnae 2.
14. AUXIMANEN. (Osimo) S. Augustini (jam S. Benvenuti) in Osimo, fund. 1587. Moniales 16, conversae 9, alumnae 17. Scholam habent externam, in qua discipulae 25.
15. AVERSANEN. (Aversa) *S. Blasii* in Aversa, fund. 1050 a Richardo I. Moniales 41, conversae 23, alumnae 4. — Hoc loco etiam convenerunt Moniales O. S. B. S. Petri de Benevento.
16. BAREN. (Bari) *S. Scholasticae* in Bari, fund. a Pipino, rege Francorum 755. Moniales expulsae 9, conversae 11, alumna 1 morantur in monasterio S. Jacobi Monialium Olivetanarum.
17. BRUNDUSINEN. ET OSTUNEN. (Brindisi ed Ostuni) *S. Mariae Maj.* in Brindisi. Moniales expulsae morantur in aedibus nobilis cujusdam familiae.
18. *S. Petri Ap.* in Ostuni, fund. 1500. Moniales 15, conversae 10, alumnae 6.—Scholam externam habent.
19. CAESENATEN. (Cesena) *S. Spiritus* in Cesena, antiquissimum. Moniales expulsae 11, conversae 8 morantur in domo privata in monasterium redacta.
20. CALATANISIADEN. (Caltanisetta) *S. Crucis* in Caltanisetta, fund. 1531. Moniales 14, conversae 9.
21. CAMERINEN. (Camerino) *SS. Salvatoris* in Camerino, fund. 1649. Moniales 7, conversae 4, alumnae 9. Scholam habent externam cum alumnis 16.
22. *S. Jacobi Ap.* in Sanginesio, fund. saec. 8vo. Moniales 9, conversae 3, alumnae 12.
23. *S. Mariae de Pace* in Treja, fund. 1591. Moniales 9, conversae 6.
24. CASTELLATEN. (Castellaneta) *S. Benedicti* in Massafra, fund. 1767. Moniales 10, conversae 2, alumnae 2.
25. CINGULANEN. (Cingoli) Insigne Monasterium *S. Sperandiae* Virginis, cujus corpus incorruptum ibidem colitur, fund. saec. 13mo. Moniales 11, conversae 5, alumnae 11. Scholas externas habent.
26. CORNETANEN. (Corneto Tarquinia) *S. Luciae* in Corneto, fund. 1300; conventus monialium jam a saec. 10mo exstitit alibi. Moniales 18, conversae 12, alumnae 12.
27. DIANEN. (Diano) *S. Benedicti* in Diano, fund. 1500. Moniales 17, conversae 7, alumnae 4.

28. Drepanen. (Trapani in Sicilia) *S.* —— in Monte S. Giuliano, fund. a Comite Henrico Claromonte 1290. Moniales 8, conversae 2, alumnae 2.

29. Fabrianen. (Fabriano) *S. Margaritae*, fund. 1262, in Fabriano. Moniales 13, conversae 7, alumnae 6.

30. *S. Lucae* in ead. civitate, fund. 1367. Moniales 11, conversae 7, alumnae 6.

31. Faliscodunen. (Montefiascone) *S. Petri* in Montefiascone, fund. 600. Moniales 19, conversae 9, alumnae 3.

32. Fanen. (Fano) *S.* —— in Fano. fund.1500. Moniales 8, conversae 5.

33. *S.* —— in Mondavia, fund. 1568. Moniales 3, conversae 3.

34. *S.* —— in Orciano, fund. 1617. Moniales 6, conversae 3.

35. Ferrarien. (Ferrara) *S. Antonii Abb.* fund. a B. Beatrice secunda Estensi 1258. Moniales 20, conversae 14.

36. Fesulanen. (Fiesole) *S. Mariae de Flore* in Lapo, fund. 1810. Moniales 15, conversae 7, alumnae 6.—Stricte servant regulam.

37. *SS. Annunciatae* in Pontassieve, fund. 780. Moniales 9, conversae 4.

38. Firmanen. (Ferma) *S. Juliani* in Ferma, fund. 1216. Moniales 12, conversae 6, alumnae 23.

39. *S. Laurentii M.* in Amandola, fund. 1296. Moniales 6, conversae 3.

40. *S. Catharinae*, Virg. et Mart., in Monte S. Martini, fund. 1200. Moniales 8, conversae 5.

41. *S. Mariae Rosarum* in S. Angelo in Pontano, fund. 1300. Moniales 9, conversae 4.

42. *S. Catharinae*, V. et M., in Potenza Picena, fund. 1350. Moniales 9, conversae 4.

43. *S. Joannis Bapt.* in S. Elpidio a mare, fund. 1200. Moniales 13, conversae 9, alumnae 21.

44. *S. Catharinae*, V. et M., in S. Vittoria in Materano, fund. 1200 a Tarfensibus. Moniales 10, conversa 1.

45. *SS. Deiparae in coelum assumptae* in S. Giusto, fund. 1208. Moniales 6, conversae 3, alumna 1.

46. Jacen. (Aci reale) *S. Agathae* in Aci reale, fund. ——, restitut. 1666. Moniales 9, alumnae 6.

47. *SSmi Nominis Mariae* in Castiglione, fund. 1634. Moniales 10, conversa 1, alumna 1.

48. *S. Catharinae* in Randazzo. Moniales 9.

49. JACEN. *S. Bartholomaei* in Randazzo. Moniales 14, alumna 1.
50. LAURETANEN. (Loreto) *B. Mariae ad coelum assumptae* in Castel Fidardo, fund. 1587. Moniales 12, conversae 9, alumnae 3.
51. LUCANEN. (Lucca) *S. Mariae Servorum* in Lucca. Moniales 21, conversae 8.
52. *S. Benedicti et S. Scholasticae* in ead. civitate, reformat. 1823. Moniales 14, conversae 8.
53. MATHELICEN. (Matelica) *SS. Annunciatae* in Matelica, fund. 1630. Moniales 15, conversae 6, alumnae 2.
54. MATHERANEN. (Matera) *S. Luciae* in Matera antiquissimum. Moniales 12, conversae 8.
55. MAZARIEN. (Mazzara) *S. Michaelis Archangeli* in Mazzara, fund. 1093. Moniales 26, conversae 9, alumnae 7.
56. *S. Venerandae* in ead. civitate, fund. 1190. Moniales 10, conversae 5, alumnae 2.
57. *S. Catharinae* in ead. civ., fund. 1318. Moniales 25, conversae 3, alumnae 6.
58. *S. Petri* in Marsala, fund. 595. Moniales 24, conversae 4, alumnae 7.
59. *SS. Salvatoris* in Alcamo, fund. 1090. Moniales 14, conversae 5, alumnae 3.
60. *S. Francisci de Paula* in Alcamo, fund. 1563. Moniales 17, conversae 6, alumnae 5.
61. *S. Catharinae* in Calatasdini, fund. 1561. Moniales 11, conversae 4.
62. *S. Benedicti* in Partanna, fund. 1724. Moniales 13, conversae 4, alumnae 7.
63. MONOPOLITAN. (Monopoli Puglia) *S. Leonardi* in Monopoli, fund. 1548. Moniales 10, conversae 7, alumnae 3.
64. *S. Martini* in ead. civ., fund. 1607. Moniales 13, conversae 8.
65. MONTISREGALEN. (Monreale Sicilia) *S. Castrensis*, Ep. et Patroni, in Monreale, fund. 1500. Moniales 19, conversae 11.
66. MORTAN. (Orte) *S. Antonii Abb.*, ante S. Juvenalis, fund. a Belisario 840. Moniales 14, conversae 8.
67. NEAPOLITAN. (Napoli) *S. Gregorii Armeni*, vulgo S. Liguori, fund. a S. Helena Imperatrice pro monialibus Basilianis, ad regulam S. Benedicti transgressis 835. Moniales 26, conversae 30.
68. NETEN. (Noto in Sicilia) *SS. Salvatoris* in Noto, fund. 1459. Moniales 27, conversae 11, alumna 1.

69. NETEN. *S. Clarae* in ead. civ., fund. 1493. Moniales 14, conversae 8, alumnae 2.
70. *SS. Annunciatae* in ead. civ., fund. 1510. Moniales 14, conversae 6, alumnae 5.
71. *SS. Annunciatae* in Avola, fund. 1570. Moniales 11, conversae 4.
72. *SS. Annunciatae* in Buccheri, fund. 1583. Moniales 9, conversae 3.
73. *S. Jacobi Maj.* in Buscemi, fund. 1590. Moniales 9, conversae 4.
74. *S. Benedicti* in Ferla, fund. a S. Gregorio M. Moniales 7, conversae 2.
75. *S. Benedicti* in Modica, fund. antiquissimae. Moniales 22, conversae 11, alumnae 13.
76. *SS. Nicolai et Erasmi* in Modica, fund. 1636. Moniales 12, conversae 8, alumnae 3.
77. *SS. Conceptionis* in Plazzolo, fund. 1614. Moniales 12, conversae 5.
78. *S. Joann. Ev.* in Scicli, fund. 1651. Moniales 13, conversae 8.
79. *S. Michaelis Archang.* in Scicli, fund. 1660. Moniales 10, conversae 4, alumna 1.
80. NUCERIN. (Nocera) *S. Mariae de Fonte* in Fossato, fund. 1300. Moniales 8, conversae 4. Scholas externas habent cum alumnis 80.
81. *S. Bartholomaei* in Sassoferrato, fund. 1268. Moniales 7, conversae 8, alumnae 5.
82. NURSIN. (Norcia) *S. Antonii Abb.* in Norcia antiquissimum. Moniales 11, conversae 2, alumnae 28.
83. *S. Antonii Abb.* in Cascia, fund. 1300. Moniales 7, conversae 3, alumnae 4.
84. *S. Liberatoris* in Castel S. Angelo, ab ipsa S. Scholastica, sorore SS. P. N. B. fundatum. Moniales 7, conversae 2, alumnae 3.
85. PANORMITAN. (Palermo) *S. Mariae della Perla* in Palermo, fund. 1171 a Matthaeo Ajello, Magno Cancellario Gulielmi I. Moniales 32, conversae 18.
86. *S. Simonis* in ead. civ. fund. 1143 a Gauffrido, classis navalis Praefecto. Moniales expulsae 11, conversae 10 morantur in monasterio *delle Vergine.*
87. *S. Mariae* (delle Vergine) in ead. civ., fund. 1300. Moniales 14, conversae 12, alumnae 2.

88. Panormitan. *S. Joannis* (dell' Origlione) in ead. civ., fund. 1300. Moniales 19, conversae 8, alumnae 4.

89. *Immaculatae Concept.* in ead. civ., fund. 1576. Moniales expulsae 16, conversae 6, alumnae 2 morantur in asceterio S. Clarae Franciscanarum.

90. *S. Rosaliae* in ead. civ., fund. 1634. Moniales 13, conversae 4.

91. *SS. Trinitatis* in ead. civ., fund. 1714. Moniales 8, conversae 2, alumnae 27.

92. *Sacrae Familiae* in ead. civ., fund. 1671. Moniales 6, conversa 1, alumnae 51.

93. *S. Catharinae* in Castronovo fund. 1508. Moniales 6, conversae 2.

94. *S. Benedicti* in Ciminno, fund. 1536. Moniales 10, conversae 2.

95. *S. Benedicti* in Caccamo, fund. 1546. Moniales 4.

96. Piscien. (Pescia in Toscana) *S. Marthae* in Burgo Buglano, fund. 1536. Moniales 11, conversae 5, alumnae 2.

97. Pistorien. (Pistoja) *S. Mariae Angelorum* (alias *da Sala*) in Pistoja, fund. 1584. Moniales 8, conversae 5.

98. Pisuaren. (Pesaro) *S. Mariae Magdalenae*, antiquissimum, in Pesaro. Moniales expulsae 7, conversae 6.

99. Placentin. (Piacenza) *S. Raymundi Palmeri, Conf.*, fund. jam ante 1200, erectum tamen 1835 (?). Moniales 18, conversae 10, alumnae 22. Scholas externas habent cum alumnis 80.

100. Platien. (Piazza) *S. Joannis Ev.* in Piazza, fund. 1361. Moniales 16, conversae 14, alumnae 5.

101. *SS. Trinitatis* in ead. civ., fund. 1444. Moniales 7, conversae 5.

102. *S. Agathae* in ead. civ., fund. 1539. Moniales 5 translatae ad monasterium S. Joannis.

103. *SS. Trinitatis* in Barrafranca, fund. 1737. Moniales 7, conversae 3.

104. *S. Joannis Bapt.* in Butera, fund. 1619. Moniales 4 translatae ad monasterium S. Annae in Mazzarino.

105. *S. Benedicti* in Castrogiovanni, fund. 1560. Moniales 13, conversae 6.

106. *S. Michaelis* in Castrogiovanni, fund. 1598. Moniales 3 translatae ad monasterium S. Annae in Mazzarino.

107. *S. Annae* in Mazzarino, fund. 1670. Moniales 14, conversae 8.

108. Platien. *S. Michaelis Archang.* in Terranova, fund. 1660. Moniales 8, conversae 8, alumnae 2.

109. Pontis Curvi (Ponte Corvo) *S. Mariae* (*di Ripa*) in Ponte Corvo, fund. saec. 10mo. Moniales 14, conversae 6, alumnae 4.

110. Praten. (Prato) *S. Michaelis* in Prato, fund. 1340. Moniales 9, conversae 7, quae omnes morantur in monasterio S. Clementis.

111. Roman. (Roma) *SS. Conceptionis* in Campo Martio ipsius almae Urbis, fund. sub regula S. Basilii 750, quae cessit regulae S. P. Benedicti. Moniales 14, conversae 12, alumnae 5.

112. *S. Caeciliae* trans Tiberim, fund. a Coelestinis 1200, rest. 1500. Moniales 21, conversae 9, alumnae 11.

113. S. Angeli in Vado (S. Angelo in Vado) *S. Catharinae* in S. Angelo, fund. 1341. Moniales 10, conversae 4, alumnae 3.

114. S. Severi (S. Severo) *S. Laurentii* in S. Severo, fund. 1585. Moniales 30, conversae 16, alumnae 4.

115. Senogallien (Sinigaglia) *S. Christinae* in Sinigaglia, fund. 1581. Moniales expulsae 12, conversae 7 morantur in domo quadam privata in monasticos usus conversa.

116. Soranen. (Sora) *S. Andreae Ap.* in Arpino, fund., uti fertur, ab ipso SS. Patriarcha Benedicto. Moniales 14, conversae 3, alumnae 4.

117. Surrentinen. (Sorrento) *SS. Joannis et Pauli* in Sorrento, fund. 1072. Moniales 17, conversae 13, alumnae 5.

118. Syracusan. (Siracusa) *S. Benedicti* in Siracusa, fund. 1373. Moniales 9, conversae 5.

119. *S. Catharinae* in Augusta, fund. 1500. Moniales 11, conversae 3, alumnae 8.

120. *S. Josephi* in Ragusa, fund. 1588. Moniales 8, alumnae 3.

121. *S. Catharinae* in Chiaramonte, fund. 1520. Moniales 7.

122. Taurinen. (Torino) *SS. Annunciatae* in Lombriasco, fund. 1826 in Dioec. Montis regalis in Pedemonte. Moniales 16, conversae 5.

123. Tifernaten. (Città di Castello) *S. Spiritus* in hac ead. civ., fund. 1270. Moniales 9, conversae 4.

124. *S. Benedicti* in ead. civ., fund. 1427. Moniales 10, conversae 4.

125. *S. Catharinae* in Montone, fund. 1220. Moniales 13, conversae 4.

126. TRANEN. (Trani) *S. Agnetis et S. Pauli* in Trani, fund. 1621. Moniales 22, conversae 15.

127. TROIANEN. (Troja) *S. Benedicti*, antea S. Blasii, fund. 1109 a Gulielmo, Normannorum Duce. Moniales 10, conversae 5.

128. TUDERTINEN. (Todi) *S. Margaritae Militiarum*, fund. 1410. Moniales 12, conversae 6, alumnae 2.

129. URBANIEN. (Urbania) *S. Mariae Magdalenae* in Urbania, fund. 1200. Moniales 5, conversae 4, alumnae 12.

130. VERULANEN. (Veroli) *S. Mariae* (*de Franconi*) in Veroli, fund. 1577. Moniales 22, conversae 11.

131. *S. Joannis Bapt.* in Banco, fund. 1632. Moniales 9, conversae 8, alumnae 7.

132. VOLATERRANEN. (Volterra) *S. Clarae* in Castel Fiorentino, fund. 1244. Moniales 6, conversa 1. Scholas externas habent cum alumnis 100.

* Universim numerantur hucusque in Italia Moniales et conversae simul ultra 2,600.

In *territoriis nullius Dioecesis* etiam existunt Monialium monasteria, uti in terr. null. Dioec. *Montis Cassini.* In terr. null. Dioec. *Sublacensi* unum adest, *S. Joannis Bapt.*, fund. 1579 a Marco Antonio Columna, Cardinali. Commend. Sublacensi. Subest jurisdictioni Abbatis S. Scholasticae. Moniales numerantur 16, conversae 8. In convictu puellas instituunt.

ABBATIA (*Praefectura Ap.*) NOVAE NURSIAE

IN AUSTRALIA OCCIDENT., DIOEC. PERTHEN.

Inscriptio epist.: New Nursia (Perth) West Australia.

Nova Nursia fundata est a RR. PP., D. Josepho Serra et D. Rudesindo Salvado, quondam Congregationis Vallisoletanae in Hispania monachis. Die 11. Mart. 1846 prima jecerunt fundamenta in illa regione Australiae occidentalis, ubi eousque anthropophagi tantum habitaverunt. — Advenientibus illis perspectum facile erat, auxilia necessaria deesse, quibus, quod proposuerant, opus potuissent exsequi, evangelii nempe et cujusvis spargendi culturae lumen. Adeoque ex consilio synodi Perthensis Iae (13–15. Jan. 1848) D. J. Serra Europam mittitur ejusmodi conquisiturus auxilia. — Jamvero factum est, ut D. J. Serra die 15. Aug. ejusdem anni (1848) consecraretur episcopus Portus Victoriae, partis Australiae borealis, unde jam suae dioecesi providere debuit, relicta D. Rudesindo Salvado omni cura de N. Nursia. — Die 8. Jan. 1849 D. R. Salvado Europam petere debuit, cui tamen idipsum, quod Revmo D. J. Serra, accidit; consecratus enim est episcopus 18. Aug. 1849 et quidem Portus Victoriae a qua sede in Daulіensem i. p. i. translatus jam erat Revmus D., D. Serra 7. Aug. 1849, qui, Coadjutor Perthensis, deinceps episcopali fungebatur officio. Redierunt Revmi Episcopi, (D. D. Serra 20 Dec. 1849, D. D. Salvado 15. Aug. 1853) secum afferentes personarum rerumque copiosa auxilia. — Mox erectus est noviciatus loco quodam tribus milliaribus versus occid. a Perth distante, cui nomen dederunt *Novi Sublaci*, quemque totum sibi subjectum voluit Revmus Coadjutor Perthensis, quamquam Revmus D. D. R. Salvado (qui ob desertum Portum Victoriae, apost. concessa licentia, Novae Nursiae habitavit) sibi subditos in noviciatu habuerit. Qua quidem rerum conditione incommoda labente tempore haud pauca exorta sunt.—Quo meliis his incommodis obviaretur, Nova Nursia Pontificio decreto, d. 12. Mart. 1867, Abbatia *Nullius* est effecta, Revmus D. D. R. Salvado vero alio decreto ejusdem diei Abbas hujus monasterii designatus est: ex quo tempore res prospere procedunt Deo benedictionem largiente. Die 1. April. 1864, rogante Revmo D. D. Abbate Petro Franc. Casaretto, Congreg. Cass. a primaeva observantia aggregata sunt monasteria N. Nursiae et N. Sublaci hujus Congregationis Provinciae Italiae.—Videtur haec aggregatio jam penitus soluta, cum singula monasteria neque inter Congrega-

tionis membra numerentur (supra pag. 286 seqq.) neque id ab ipsis Australensibus asseratur.

MONACHI:

Illustrissimus et Reverendissimus Dominus,
D. RUDESINDUS SALVADO,
EP. PORTUS VICTORIAE,

(Vide supra pag. 9.)

2. **D. Fulgentius Dominiguez,**

Prior,

nat. in Valencia, Hisp., 1. Maj. 1803, prof. 15. Aug. 1876, sac. 29. Sept. 1875.

3. **D. Santo Salvado,**

nat. in Tuy, Hisp., 5. Jul. 1811, prof. 8, Jul. 1827, sac. ——.

4. **D. Ildephonsus Bertran,**

Vic. Gen., Mag. Nov.,

nat. in Suerp, Hisp., 25. Sept. 1828, prof. 15. Aug. 1875, sac. 10. Jun. 1854.

5. **D. Bernardus Martinez,**

nat. in Valencia, Hisp., 31. Dec. 1833, prof. 15. Aug. 1875, sac. 6. Jan. 1857.

6. **D. Aemilianus Coll,**

nat. in S. Hilari, Hisp., 8. Nov. 1831, prof. 15. Aug. 1875, sac. 10. Aug. 1856.

7. **D. Bonifacius Goicoechea,**

nat. in Olazagustin, Hisp., 26. Nov. 1831, simpl. prof. 15. Aug. 1870, sac. 5. Apr. 1862.

8. **D. Raphael Martelli,**

nat. in Ancona, Italiae, 13. Mart. 1811, *Novitius,* sac. 20. Sept. 1834.

Fratres Conversi: Professi 51, *Novitii* 6, *Oblatus* 1.

PRIORATUS DEPENDENS: Morah.

In hoc Prioratu, qui a N. Nursia 50 mill. versus septentr. distat, commorantur R. P. D. Ildeph. Bertran cum 5 Fratribus laicis.

EXPOSITURA: New Castle

In Districtu Todyay ca. 50 mill. versus austrum ad orientem distat a N. Nursia, ibique R. P. D. Martelli sacerdotis officio fungitur. — Apud *Perth* Revmo D. D. Ep. Assistit R. P. D. Bonifacius Goicoechea.

Bibliotheca Monasterii continet voll. c. 4000.—Instituunuur a monachis pueri et puellae (hoc anno 76) praeter doctrinam christianam artibus etiam diversis quibus ad usus domesticos et agriculturam maxime indigent.—In ipso vico N. Nursiae 20 convivunt familiae, quae barbarorum vias deseruerunt, quibus annis singulis ca. 26,000 franci (gallici) pro praestitis laboribus a monachis erogantur.—Pueris postquam christianam religionem didicerunt integrum est, sive discedere sive permanere elegerint, est autem inauditum quemquam ita institutum ad pristinam barbaricam redivisse vitam, imo quocunque se vertant bene se gerunt, artesque exercendo quibusvis dominis satisfaciunt.

ENUMERATIO GENERALIS

PERSONARUM ET RERUN O. S. B., DE QUIBUS IN HOC ALBO.

NOT. — Ubi notitias exacte descriptas non accepi, numeros adjeci, quos veris aliunde judicavi proximos.

S. R. E. Cardinalis	1.
Archiepiscopi	5.
Episcopi	18.
Praefecti Ap.	2.
Praesules Ecclesiae ab 1866 defuncti	11.
Abbates regiminis	68.
" titulares	19.
Priores (independ.) regiminis	9.
Monachi professi sacerdotes	1846.
" " nondum sacerdotes	210.
" " jubilares	38.
Novitii circiter	115.
Conversi circiter	570.
Obierunt ab 1866 circiter	575.

Congregationes 10, ad quas monasteria	81.
Monasteria, *tali* vinculo destituta	26.
Domus religiosae sine *canonica* institutione, ubi ob curam anim. commorantur monachi circ.	240.
Ecclesiae apud quas curam anim. gerunt c.	480.
" aliae, quarum jus patronatus habent c.	300.
Animae ad has ecclesias omnes pertinentes c.	760,000.
Seminaria theologica	12.
Gymnasia (Collegia) etc. c.	44.
Discipuli in Sem. et Gymnasiis c.	6,000.